in ſcriptura ſacra intelligunt· quẽ
admodũ moraliter viuãt· Eleuã
tur vero a terra aĩalia cũ ſancti vi
ri ſe in cõtemplatione ſuſpendunt·

Et quia vnuſ qſ ſanctorũ q̃to ipẽ
in ſcripturã ſacra pfecerit·tãto hec
eadẽ ſcripturã pfiat apud ipſũ recte
dicẽ cũ ambularẽt animalia ãbu
labãt pariter ⁊ rote· ⁊ cũ eleuarẽtur
aĩalia de terra eleuabãt ſilr ⁊
rote q̃a diuina eloq̃a cũ legẽte creſ
cũt Nam tanto illa altiꝰ quiſ in
telligit q̃to in eis altius intendit·
Vnde nec eleuantur rote·ſi nõ ele
uantur aĩalia·quia niſi legentum
mentes ad alta pfecerint·diuina
dicta velut ĩ imis non intellecta ia
cent· Cum enim legenti cuilibet
ſermo ſcripturẽ ſacre tepidus vide
tur ſenſus diuini eloquij eius mẽ
tem nõ excitat·⁊ in cogitatioẽ ſua
nullo intellectꝰ lumine emicat Ro
ta ꝗ ociosa et in terra eſt quia ani
mal non eleuatur a terra At vero
ſi animal ãbulet id eſt bene viuen
di ordinẽ querat· ⁊ p greſſũ cordis
inueniat quẽadmodũ greſſũ boni
opis ponat·ãbulant pariter et rote·
quia in ſacro eloquio tantũ puec
tũ inuenies·q̃tũ apud illũ ipẽ pfe
ceris· Si vero penatũ animal ſeſe
in cõtemplatione tetenderit·rote pti
nꝰ a terra ſubleuantur·quia terre
na non eſſe intelligis·que prius in
ſacro eloquio iuxta terrenũ morẽ
dicta credidiſti· Fitq; vt in ſcripturã
ſacra verba eſſe celeſtia ſentias· ſi
accenſus p cõtemplationis gratiã
temetipſũ ad celeſtia ſuſpẽdas Et
mira atq; ineffabilis ſacri eloquij
virtus agnoſcitur·cũ ſupno amo
re legentꝭ animꝰ penetratꝭ Quia

ergo animal ad alta ſe ſubleuat·
rota volat Deq̃ꝫ· Quocũq; ibat
ſpiritus·illuc eunte ſpũ et rote pitꝭ
leuabantur ſequẽtes eũ Quo enĩ
ſpũs legentꝭ tendit · illuc et diui
na eloquia eleuantur·quia ſi in e
is altũ quid viuendo et ſentiendo
quesieris· hec eadẽ ſacra eloquia
tecũ creſcunt·tecũ in altioribꝰ aſcẽ
dũt Bene autẽ de eiſdem rotis dicĩ
tur·ſequẽtes eũ Legentꝭ enĩ ſpiri
tus ſi quid in eis ſciẽ morale atq;
hyſtoriã querit · ſenſus hunc mo
ralis hyſtorie ſequitur Si quid ti
picũ·mox figurata locutio agnoſcĩ
tur Si quid cõtemplatiuũ·ſtatim
rote quaſi pennas accipiũt· et in ae
re ſuſpendũtur· quia in verbis ſa
cri eloquij intelligentia celeſtis a
pitur Quocũq; enim ibat ſpiritꝰ·
illuc eũte ſpiritu et rote pariter leua
bantur ſequentes eũ Rote enĩ ſpi
ritũ ſequũtꝭ quia verba ſacri eloq̃i
vt ſepe iã dictũ ẽ iuxta legẽtiũ ſen
ſũ p intellectũ creſcunt In vna enĩ
eademq; ſcripture ſententia·alius ſo
la hyſtoria paſcitur·aliꝰ tipicã·ali
us vero intelligentiã p typũ cõtẽ
platiuã querit Et fit nonnũq̃ vt
diximꝰ· vt in vna eademq; ſnĩa cũc
ta ſimul tria valeant iueniri Moy
ſes enim cũ de ardente rubo voca
tus fuiſſet acceſſit ppius vt vide
ret viſũ· ꝗ ecce rubus ardebat ꝗ
non cõſumebatur· Magnũ eſt hoc
miraculũ· Si ſolã in eo hyſtoriam
requiras·eſt vnde legentis nutria
tur animꝰ vt videas qđ in ligno

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ignis ardeat· ⁊ nõ ↄ̃ſumat· Jam
vero ſi tipicã intelligentiã queras
quid flãma niſi legẽ· de qua ſcrip
tũ eſt In dextra eiꝰ ignea lex Et
quid rubus ille niſi iudaicũ pplm̃
deſignauit peccatoꝝ ſuoꝝ ſpinis ob
ſitum? Sed rubꝰ ardens ↄſumi nõ
potuit· qꝛ iudaicus populꝰ et ignẽ
qdẽ legis accepit· et tñ peccatoꝝ ſuo
rũ ſpinas nõ deſeruit· nec eiꝰ vi
a diui ſermonis flãma ↄcremauit
Fortaſſe in hoc fcõ aliꝰ maiora ꝑ
tipũ ↄtemplari deſiderat· huiꝰ q̃a
ſenſus exerceſcit· eleuet̃ pariẽ et ro
ta Inter homines eñ ꝑfectus homo
factus eſt vnicus dei· q̃ ſua pecca
ta nõ habuit· ſed ſpinas noſtre ne
quicie ſuſcepit atq; vſq; ad paſſionẽ
pro nobis ſe humiliare dignatus
eſt et in ſemetipſo ignẽ tribulatio
nis nr̃e ſuſcipe Sed arſit et nõ ar
ſit q̃a et ex huãnitate eſt mortuꝰ·
et tamen imortalis ex diuinitate
ꝑmanſit· Suſcepit a nobis vnde
ſacrificiũ fieret ꝓ nobis· et tamen
ĩpaſſibilis atq; incõmutabilis per
mãſit in ꝓprijs· vt nos cõmutaret
a noſtris Aliꝰ fortaſſe hyſtoricam
moralitatẽ atq; ꝑ allegorie ĩtelli
gentiã ↄtẽplationẽ reqrit· Patet
cũctis iuxta hyſtoriã hoc qđ ĩ lege
ſcriptũ eſt· vt turtur qui ꝓ peccõ of
fertur· retorqatur caput eꝰ ad pẽ
nulas· ita vt collo inhereat et non
penitus abrũpat̃· In quibꝰ verbis
dubius legentibꝰ ſenſus hyſtoricꝰ
nõ eſt Sed ſi hec ĩtelligere mora
liter ẽquiras voluitur rota· dũ ad
intelligentiã moralẽ inducitur ſa
cri verbi ſententia Nos enim ipſi
in omnipotentis dei ſacrificio tur
tur eſſe debemꝰ· ita vt caput noſ
trũ retorqueatur ad pennulas· id
eſt animus ad virtutes Non enĩ
imerito ꝑ caput mentem intelligi
mus· quia ſicut caput corpus· ita
mens actiones regit· Sed caput
ad pẽnulas retorq̃ri ꝓcipitur· vt e
a que dicas facias· ⁊ os ad opa cõ
iũgas· Nec ita caput abſcidẽdũ
eſt· vt a corpe diuidatur· ſed ex ꝑ
te deſciſũ corpi ſuo iubet̃ inherere·
q̃a videlicet mens noſtra a carna
li delectatione incidenda eſt· ſed a
carnis cura neceſſaria incidenda nõ
eſt· Hinc enim ſcriptum eſt· Car
nis curã ne feceritis in deſiderijs·
Que ergo in deſiderijs fieri ꝓhi
bet̃ ꝓculdubio in neceſſitate cõce
ditur· Caput ergo turturis ex ꝑ
te abſciſum ſit· et ex parte inhere
at· vt ſicut dictũ eſt et a voluntate
carnis mens noſtra inciſa ſit· et
tamen a neceſſitate non ſit abſciſa
Quid ſi hoc ſacrificij genus ſub ti
pica redemptoris noſtri intelligẽ
tia· alius ad cõtemplationem re
quirat? Aſcendat ergo ad forti
ora animus· eleuentur animalia
eleuentur pariter et rote Quis eñ
caput noſtrũ eſt niſi redemptor ge
neris huãni· de quo ſcriptũ eſt· ip
ſum dedit ſupra omnem eccleſi
am que eſt corpus ipſiꝰ? Quem
cum iudei perſequerentur· nomen
eius de terra delere conati ſunt·

Cumq; eum crucifixum ⁊ ſepultū
videret· hunc ſe ab amore omniū
diuiſiſſe crediderunt · Sed caput
turturis ⁊ incisū eſt· ⁊ tñ a corpoꝛē
ſuo diuiſū non ē· quia ex eo qḋ ꝓ
nobis mortē pertulit· oīs nos ſi
bi verius in ipā ſua morte coniūxit
⁊ ꝑ hoc qḋ ſe nr̄is oculis viſibili
ter ſubtraxit· nr̄is ſe mentib9 inuiſi
biliter radicauit· Caput ergo tur
turis incisū inheſit corpoꝛi· quia ꝓ
nobis quidē redēptoꝛ noſter paſſ9
eſt· ſ; a nobis ſeparatus per paſſio
nem non eſt Quia igitur dicta ſa
cri eloquij cū legentiū ſpū excreſ
cūt· recte nunc dicit̄ Quocūq; ibat
ſpūs illuc euntē ſpū ⁊ rote parit̄
leuabātur ſequentes eū· Et ſubdi
tur· Spūs eni vite erat in rotis·
In rotis eni ſpūs vite eſt· q̄a per
ſacra eloquia dono ſpūs viuifican
tur vt mortifera a nobis opera re
pellamus· Poteſt aūt itelligi qui
a ſpūs vadit cum legentꝰ aīm di
uerſis modis ⁊ ordinibus tangit
deus· qñ hunc per verba ſacri elo
quij modo in zelo excitans ad vlti
oēm erigit· mō ad paciētiam miti
gat· mō in p̄dicacōne inſtruit· mo
do ad penitētie lamenta ꝯpungit·
Sed recurramus breuiter per hec
eadē verba que diximus· ⁊ videa
m9 quō ſequūtur rote ſpm̄· qui vi
te ſpūs dicitur ⁊ rotis ieſſe perhi
betur Certe ſi legentis aīm ſpūs
vite in zeli feruoꝛe tetigerit· ꝓtin9
in ſacris eloquijs videt · ꝙ moy
ſes ad caſtra rediens ⁊ populū ꝑ

ydola peccaſſe ꝯgnoſcens· hunc ꝑ
feruoꝛē ſpūs gladio ſtrauit· ꝙ phi
nees perſequendo luxuriā· iram do
mini gladio placauit · ꝙ petrus
mentientes ſibimet verbo percuſſit
⁊ occidit· ꝙ paulus negligentib9
diſcipulꝰ v̄ga minatꝰ· Si ſpūs vi
te legentꝰ animū ad ſeruandā paci
entiam tangit· ſtatim ſequūtur ⁊
rote· qꝛ in ſacris eloquijs īuenit
ꝙ moyſes et aarō cum loquentes
recta perſecutionē populi paſſi ſūt·
ad tabernaculū cucurrerūt· ꝓ ipſo
populo exoꝛantes quē fugiebant·
Sancta aūt eoꝝ mens ⁊ timoꝛē
ſuperbientiū pertulit· ⁊ tñ contra
eos ad odiū non erupit Pacienti
a eni vera eſt· que ⁊ ipſum amat
quē poꝛtat Nam tolerarē ⁊ odiſſe
non eſt v̄tus manſuetudinis· ſed
velamentū furoꝛis· In eiſdē quo
q; eloquijs inuenit· ꝙ ſamuel de
pꝛincipatus culmine deiect9 · ocaſ
ſe ſe eciam ꝓ deicientibus confitet̄
ꝙ nemo ſanctoꝝ ad celeſtē patriā
niſi pacientiam ſeruando peruenit
ꝙ ipē auctoꝛ ⁊ redēptoꝛ generꝰ hu
mani· ſputa colaphos ſpineam co
ronā· crucē lanceam pertulit· ⁊ tñ
pꝛo perſecutoꝛibus oꝛauit· Si vi
te ſpūs lgentꝰ aīm ad ſtudiū p̄di
cationis excitat· ſtatim ſequuntur
⁊ rote· qꝛ in ſacris eloquijs inue
nit moyſes iubente domino contra
egipti regem in quantis ſe p̄dicaci
onis verbis libere exerit· ꝙ ſtepha
nus iudeis perfidis ſe lapidātib9
dicere · vos ſemper ſpiritui ſancto

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

reſiſtiſtis nec iter lapides timuit·
q petrus fuſtib9 ceſus ne in noīe
ihu loquatur·cū magna libertate
reſpōdit· obedire oportet deo ma
gis q̄ hominib9 · q paul9 cathe
natū vinculis ſtrīgitur· ſed tamē v
bū dei nō eſt alligatū Si in te ſpi
ritus ad penitentie lamēta cōpun
git·ſequūtur protin9 et rote·cū ſcrip
ture ſacre verba penitētiā dauid p
ferūt· q rex reprehenſus a propheta·
q̄a ſubiectus celeſti regi fuit·ſubiec
to increpanti nō erubuit cōfiteri qd
fecit· q publicanus qui reatum ſu
e nequicie cognouit· et ſi iniuſtus
ad templū venit· iuſtificatus a tē
plo redijt· q petrus negationis
maculas lacrimis lauit· q latro
qui in cruce cognouit culpam·inue
nit in ipā morte veniam· De qui
bus adhuc rote eadem propheta re
plicat et ſubiūgit· Cū euntibus i
bant· et cū ſtantibus ſtabant et cū
eleuatis a terra pariter eleuaban
tur et rote ſequentes ea·q̄a ſpirit9
vite erat in rotis Hec ſicut noſtis
fratres cariſſimi ex maxia pte iā
dcā ſunt·ſed iterata diſcrepatioē narrā
tur Nec nos itaq; pigeat eadē bre
uiter exponendo repetere· q̄ ſpūs p
prophetā dignat9 eſt replicando nar
rare Hoc enim ſolū in hijs verbis
nouū additur· qd dictū eſt cū ſtā
tibus ſtabant Sūt aūt quidā qui
vſq ad hoc proficiūt· vt terrena q̄ ac
ceperūt bene diſpēſare nouerūt mi
ſericordie opib9 intēdūt·oppreſſis
ſubueniant Hij videlicet vadūt in

eo q ſe ad proximi vtilitatē tēdūt·
Cū hijs ergo rote gradiūtur quia
ſacra eloq̄a dictorū ſuorū paſſus in
ei9 itinere diſponūt Et alij qui in
fide quā acceperūt ita ad tenendū
fortes ſūt·vt aduerſis q̄buſ reſiſ
tere valeant·et nō ſolū minime ad
pverſitatē trahūtur pfidie· ſed eci
am pverſa loquētes īpugnēt eoſ
ad rectitudinē ptrahant· Cū iſtis
ſtātibus ſtant eciā rote· q̄a eis rec
titudinē ſuā ſacri eloquij verba cō
firmāt·cū in eis audiūt· ſtate et te
nete traditioēs quas didiciſtis Et
rurſū aduerſari9 veſter dyabol9 tā
q̄ leo rugiēs circuit q̄rens quē de
uoret· cui reſiſtite fortes in fide Et
ſūt alij qui oīa terrena deſpiciūt·
nulla q̄ p̄tereūt poſſidere dignantur
in dei ſe vt p̄dictū eſt cōtemplatione
ſuſpēdūt Cū hijs g̊ eleuatur ⁊ ro
te pariter leuātur· q̄a in q̄tū quiſ
ad alta profecerit·in tm̄ ei ⁊ ſacra e
loq̄a de altiori9 loquūtur Vadūt
g̊ aīalia ad vtilitatē proximi· ſtant
ad cuſtodiā ſui·eleuātur ad cōtem
platonē dei Sed ⁊ rote pariter va
dūt· ſtāt·eleuātur· q̄a q̄lita ſacra lo
cutio talis inuenitur· qualis et fit ipē
a quo q̄ritur Ad actiuā enim vitā p
feciſti ambulat tecū· ad dei imobi
litatē atq; conſtanciā ſpūs pfeciſti
ſtat tecū· Ad cōtemplatiuā vitā p
dei graciā perueniſti; volat tecū Et
rurſū ſubditur· quia ſpiritus vite
erat in rotis Cui idcirco ſecūdo di
citur vite ſpiritus in rotis eſſe· q̄a
ſacre ſcripture duo ſūt teſtamēta·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

qꝛ ſacre ſcripture duo ſūt teſtamen
ta ꝗ vtraqꝫ dei ſp̄us ſcribi voluit
vt nos ab anime morte liberaret·
Vel certe quia duo ſunt precepta
caritatis · dilectio videlicet dei ⁊
proximi·per que vtraqꝫ nos ſacre
ſcripture verba viuificant· Reain
do ergo dicit·ꝙ ſp̄us vite erat in
rotis·q̄a dilectionē dei et proximi
capimꝰ in eloquijs diuinis · Per
precepta enī ſcripture ſacre reuiuiſ
cimus · qui mortui in culpa iaceba
mus· Vnde omnipotenti dn̄o per
pſalmiſtam dicit · In eternū non
obliuiſcar iuſtificationes tuas q̄a
in ipſis viuificaſti me· Juſtificatio
nes enī precepta domini dicūtur
in quibꝰ nos corrigendo iuſtificat·
De quibꝰ pſalmiſta apertꝰ dicit
In tuis iuſtificatioibꝰ meditabor
non obliuiſcar ſermones tuos In
eis itaqꝫ nos viuificat·qꝛ per hec
nobis ſp̄ualem vitā demonſtrat·
eamqꝫ per afflatū ſp̄us nr̄os men
tibus īfundit· Et qꝛ cotidie per
donū grē in electoꝝ mentibus agi
tur·ſp̄us vite erat in rotis· Hec
nobis ſcriptura in tenebris vite p̄
ſentꝭ·facta eſt lumen itinerꝭ Hinc
eteni petrus ait· Cui benefacitis
intēdentes· quaſi lucerne lucēti in
caliginoſo loco· Hinc p̄s dicit· Lu
cerna pedibꝰ meis verbū tuū dn̄e
et lumen ſemitis meis· Namꝰ tn̄
quia ⁊ ipſa nobis nr̄a lucerna ob
ſcura eſt· niſi hanc nr̄as mentibus
veritas illuſtret· Vn̄ iterū p̄s ait·
Qm̄ tu illuminas lucernā meam

domine·deus meus illumina tene
bras meas· Quid enī lucerna ar
dens·niſi lumen eſt· Sed lumen
creatū nobis non lucet·niſi illumi
netur a lumine non creato· Qui
a ergo omipotens deus ad ſalutē
noſtrā ſācto2ū teſtamento2ū dicta
⁊ ipſe creauit·⁊ ipſe aperit·ſp̄us vi
te erat in rotis· Requies· Et ſimi
litudo ſup capita aīaliū firmamē
ti·quaſi aſpc̄is criſtalli horribilis
extēti ſuper capita eorum deſuper
Hec largiente dn̄o duobꝰ modis
exponimꝰ vt lcc̄oris iudicio quid e
ligendū cēſeat relinq̄mus· Poſſūt
enī firmamenti nomīe celeſtes po
teſtates ītelligi Quod firmamen
tū recte quaſi aſpc̄is criſtalli dicit
quia videlicet criſtallū forte quidē
nimis eſt· ſed ex aqua ſolidatur et
natura angelica q̄n creata librum
arbitriū accepit · vt vtrū vellet in
humilitate perſiſtere· ⁊ in oīpotētꝭ
dei conſpcū permanere·an ad ſup
biam laberetur· et a beatitudīe ca
deret· per ſimilitudinē aqua fuit·
Sed quia cadētibꝰ alijs ſancti an
geli in ſua beatitudine perſtiterūt
atqꝫ hoc acceperunt in munere· vt
iam cadere oīo non poſſent·in eis
natura ſua quia iam duci mutabi
liter nō poteſt·quaſi in magnitudī
ne criſtalli durata eſt · Et criſtal
lū horribile·⁊ extēſū ſuper capita
aīaliū dicit · qꝛ ille poteſtates an
gelice q̄ oīpotētis dei conſpectui aſ
ſiſtunt·nobis adhuc in hac corrup
cione poſitꝭ terribiles atqꝫ pauēde

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſunt. Quorũ nũc gaudia quia ſen
ſũ noſtrarũ mentiũ excedũt. ſuper
capita animalium eſſe memorãn
tur. Quis enĩ in carne corruptibi
li poſitus cõprehẽdere valeat q̃ ſit
illa angelorũ ineffabilis ⁊ ſine fi
ne leticia. q̃ beatitudo ſine defecu
videre vultũ creatoris. atq; in ei9
delectatione ſine immutatiõe per
ſiſtere? Poteſt autem firmamenti
nomine ipſe per figuram noſter re
demptor intelligi verus deus ſuꝑ
omnia. ⁊ fact9 ſuper omnia homo
ꝑfect9 in quo natura nr̃a apud pa
trẽ cõfirmata eſt. De quo eciã per
pſalmiſtã ꝓphãdo dicit. Fiat ma
n9 tua ſuꝑ virũ dextẽ tue. ⁊ ſuꝑ fi
liũ hoĩs quẽ ↄfirmaſti tibi. Humana
etenĩ natura ꝑus q̃ꝫ a creatore oĩm
ſuſciperetur terra erat. nã firmamen
tũ nõ erat. Peccatori autẽ hoĩ dictũ eſt
terra es ⁊ in terrã ibis. At poſtq̃
aſſũpta eſt ab auctore oĩm. atq; in
celeſtib9 ſubleuata et ſuꝑ ãgelos
ducta. firmamentũ facta eſt q̃ ter
ra fuit. Sed firmamẽtũ qd' aſpiã
tur. cui9 habeat ſilitudinẽ ſubin
fertur cũ dicit. Quaſi aſpc̃us criſ
talli horribilis. Criſtallũ ſicut dicĩ
eſt ex aqua ↄgelaſcit. ⁊ robuſtũ fit.
Scimus vero q̃ta ſit aque mobili
tas. Corp9 vero redẽptoris noſtri.
quia vſꝫ ad mortẽ paſſioni ſubiacu
it. aq̃ ſilẽ iuxta aliqd fuit. q̃a naſ
cendo creſcendo laſſeſcendo eſurien
do ſitiendo moriendo vſꝫ ad paſſio
nem ſuam per momenta tempo
rum mobiliter decucurrit. Cuius

propheta curſum intuens ait. Ex
ultauit vt gygas ad currendã vi
am. Sed quia ꝑ reſurrectionis ſue
gloriam ex ipã ſua corruptione in
corruptionis virtutem cõualuit.
quaſi criſtalli more ex aqua dura
it. vt in illo ⁊ hec eadem natura
eſſet. ⁊ ipſa iam que fuerãt corrup
tionis mutabilitas non eſſet. A
qua ergo in criſtallum verſa eſt.
quãdo corruptionis ei9 infirmitas
per reſurrectionem ſuam ad incor
ruptiõis eſt firmitatẽ mutata. Ex
notandũ ꝙ hoc criſtallũ horribile
et pauendũ dicit. Quis autẽ neſci
at cui9 pulcritudinis ſit criſtallũ?
Et mirũ quomõ in hoc criſtallo cõ
ueniat pulcritudo cũ pauore. Sed
omnibus vera ſcientibus conſtat.
quia redemptor humani generis
cum iudex apparuerit. ⁊ ſpecioſus
iuſtis ⁊ terribilis erit iniuſtis. Quẽ
enim manſuetum aſpiciunt electi.
hunc eundem pauendum atq; ter
ribilem conſpiciunt reprobi. Sed
hunc ideo tunc electi terribilẽ non
videbunt. quia modo terrorem il
lius conſiderare non ceſſant. Stu
dioſe enim conſiderant quã terribi
lis ad iudiciũ veniat. Culpas an
te actas deflent imminentes decli
nant. pauorem illius cotidie ante
oculos mentis ponunt. ⁊ quando
tremebundus appareat ſine ceſſati
one ſuſpecti ſũt. atq; cotidie agũt
ne quãdo venerit ꝑtimeſcãt. Simili
tudo ergo ſuꝑ capita aĩaliũ firma
mẽti q̃ſi aſpc̃us criſtalli horribilis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et quia ipſe pauor eius quem in
ſuis cogitatioibus tenent·eorum
mentes ꝓtegit·recte ſubiũgit̃ Ex
tenti ſuper capita eoꝝ deſuper Fir
mamentũ hoc quod in ſimilitudĩe
criſtalli ſuꝑ capita aĩaliũ apparet
⁊ horribile ⁊ extẽtũ eſt·quia bono
rũ mentes·vnde terret inde prote
git· Di enĩ pauendus in eoꝝ cor
dibus nõ eſſꝫ·protector et modo a
peccatis ⁊ poſt a ſupplicijs non fu
iſſꝫ· Quia autẽ ſemꝑ cõſiderãt·qui
pauor ex iudicio imineat· v̓tutũ pẽ
nas in rectitudine ꝯſeruant Vnde
⁊ apte mox ſubditur· Sub firma
mento aũt pẽne eorũ recte alteꝛ9
ad alterũ· Tũc pẽne virtutũ ſub
firmamento recte ſũt· qñ bonũ qd̓
alter habet hoc al teri impẽdit· vt
qui terrenã ſubſtanciã accepit· ĩdi
gentis proximi inopiam ſubleuet
Qui doctrine grã plenus eſt·igno
rãtis proximi tenebras verbo ſue
predicationis illuſtret Qui tempa
li poteſtate ſubnixus eſt · oppſſos
a violencijs releuet· Qui ꝓphie
ſpũ plenus eſt·a vita proximi ma
la imminentia bona ſuadendo decli
net Qui grãm curationis accepit
intercesſionẽ ſuam ſaluti infirman
tiũ pie ⁊ humilit̓ impẽdat· Qui a
terrenis actibus liber ſoli deo va
care meruit·pro delinquẽtibꝫ ꝓxi
mis exoret ·Fit aũt ſepe·vt qui t̃
rena ſb̓ſtantia nimis occupatur·o
rationi nõ q̃ꝑtũ debet iuigilet· Et
fit pleruqꜫ vt is qui ad exorandũ
dñm cũctis mũdi oneribꝫ exutus
vacat·ſuſtentatioẽm viuendi non
habeat·ſꝫ dum diues porrigit ali
mentũ atqꜫ veſtimentũ pauperi ⁊
dũ pauꝑ orationẽ ſuam aĩe diuit̓
impẽdit·pẽne aĩaliũ recte alterius
ad alterũ redũtur· Nam dũ ille m
verbũ predicacionis exhibet ⁊ lu
mine veritatis ex corde meo tene
bras ignorancie expellit· Dũqꜫ il
li ego q2 fortaſſe a mundi hui9 po
tẽte opprimit̃·ſolaciũ mee defenſio
nis ĩpartior·atqꜫ hũc de violent̓
manib9 euello· vicisſim nobis pẽ
nas nr̃as redimus· vt nos affũt
⁊ ope vicaria ex bono quod accepi
mus tangimus Vnde bene p̃m9
paſtor ãmonet dicens· Oĩm finis
appropinquauit· Eſtote ergo pru
dentes ⁊ vigilate in orationibus
ante oĩa mutuã caritatẽ in vobmet
ipſis cõtinuam habẽtes· quia cari
tas operit multitudinẽ peccatoꝝ·
Hoſpitales inuicem ſine murmura
tionib9 ⁊ vnuſ quiſꝫ ſicut accepit g̃
ciam in alterutrũ illam ãminiſtrã
tes Qd̓ ergo apud ezechielem pẽ
na·hoc apud petrũ aplm̃ accepta
grã dicitur Et qd̓ ille ait recte pen
ne alterius ad alterũ·hoc eccleſie
paſtor dicit·vnuſ quiſꝫ ſicut accepit
grãm in alterutrũ illam ãminiſtrã
tes· Penne enĩ nr̃e recte iam non
ſũt·ſi ad vtilitatẽ nr̃ãm ſolũmodo
reflectũtur· Sed tũc recte ſũt·cũ
in vtilitatẽ proximu dirigim9 qd̓
habemus· Quia cũ bona nr̃a non
a nobis ſũt ſed ab eo accepim9 a
quo factũ eſt vt eſſemus· tãto ea

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nobis nō debem⁹ retinere priuata·
ꝗ̄ta ea nobis ↄ̄ſpiam⁹ ab auctore
noſtro ad communem vtilitatē da
ta· Unde recte petrus apoſtolus
in exhortatione huius rei ſubdit di
cēs Sicut boni diſpēſatores mul
tiformis grē dei atq; adhuc dicit·
Si q̄s loq̄tur quaſi ſermones dei
Si q̄s miniſtrat· tanq̄ ex ỽtute
quā adminiſtrat de⁹ Ac ſi apte di
cat· Humiliter īpendite bonū ꝓx̄is
q̄a ſcitis vobis nō a vobis eſſe q̄d
habetis Quelibet enī pēna ỽtutē
cū ad ꝓx̄im in ꝑtiendo ēditur· rec
ta nō erit· ſi humilitate caruerit Se
quit̄ vnūq̄dq; duab⁹ alis velabat
corpus ſuū· et alterū ſiliter velaba
tur· Quia ꝑ corpus actio ·ꝑ alas
verō ỽtutes ſignētur· ſupra iā dix
im⁹· Et cū dicat· ſub firmamēto
aūt pēne eorū recte alteri⁹ ad alte
rius · querendum eſt qualiter ſub
dit̄· vnūq̄dq; duab⁹ alis velabat
corp⁹ ſuū Qua in re hꝫ patēter īdi
cat̄ q̄a et pēnas alias ad alterū tē
debat· et tn̄ duab⁹ alis corp⁹ ꝓꝓ̄
ū velabāt· Quid eſt hꝫ niſi q̄a ſic
dēm⁹ ỽtutes q̄s accepi⁹ aliȷs īpē
dere· vt ea in q̄b⁹ peccauim⁹ nō de
ſinam⁹ caute cogitarē· et reatū noſ
trū cotidie ꝑ timorē et pn̄iam plā
gere· Duas enī ſupi⁹ alas q̄bus
corp⁹ velabatur· timorē et pn̄iam
dixim⁹ Hic ḡ in caritate creſca⁹·
vt pēnas tēdam⁹ ad ꝓx̄ios· Hic
pēnas tēdam⁹ ī ꝓx̄ios· vt nūq̄ de
ſinam⁹ plāgē noſ metipōs· Pēne
tēdūtur iux̄· pēne copiant corpa·

vt de bonis actibus ꝓ̄bcamus ex
empla· et mala que egim⁹ abſcon
dant a iudicio timor et penitentia·
In trāſlatione aūt veteri· de hȷs
alis dicit̄ Singulis due ↄ̄iuncte
et tegētes corꝑa eorū In q̄b⁹ ver
bis intelligit̄· q̄a et ipē erat pēne
q̄ iūgebātur alteri⁹ ad alterū ⁊ ipē
q̄ eorū corꝑa coopiebāt· q̄d ꝑ figu
rā bene accipit̄ · q̄a ille nos virtu
tes apd̄ oīpotentē deū ꝓtegūt q̄s
ex caritate ꝓx̄is īꝑtimur atq; ↄ̄iū
gim⁹ Cū q̄b⁹ dum ↄ̄cordiṫer viui
m⁹ · mala q̄ fecim⁹ velam⁹ Poſſūt
ergo eciā ꝑ has alas duo p̄cepta
caritatis intelligi· amor ſcꝫ dei ⁊
ꝓx̄imi Amādo enim deū· nr̄a in no
bis ꝑſeq̄mur mala id eſt corp⁹ ve
lam⁹· diligēdo aūt ꝓx̄im ei ī quo
poſſum⁹ ꝓdeſſe feſtina⁹ id eſt alas
ad alterutrū tend im⁹ Hoc aūt q̄
ſeq̄tur· et alterū ſiliter velabat̄· in
trāſlatiōe veteri nō habet̄· Et q̄ri
pōt cur poſtq̄ dcm̄ eſt vnūq̄dq; du
ab⁹ alis velabat corp⁹ ſuū ſubiūgi
tur· et alterū ſilit̄ velabat̄ Trāſ
lationē aūt lxx̄· interpretū· aq̄le
et theodocōnis et ſymaci · ſolliciṫe
ꝑſcrutātes· inuenim⁹ nichil ex eis
verbis· ſed beati iheronimi ſcriptu
rā legentes agnouim⁹· quia hāc
ſententiam in hebrea veritate ita
poſitā· nō quidē iuxta verbū· ſꝫ iux
ta ſenſū inuenerit· Querī etenim
poteſt· cur poſtq̄ dictū eſt· vnūq̄d
q; velabat corp⁹ ſuū· ſtatī ſubdit̄ ·
⁊ alterū ſiliter velabat̄· Si eni di
cēt vnū ⁊ alterū loquēdi vō ſtare

Poſtq̄ꝫ vero dictum eſt. vnūquod
q; aīr dicitur alterū: cū in vnoquo
q; oēs ꝯprehenduntur? Sed ſi ⁊
perfectoꝝ vitā et proficientiū me
rita diſtinguim9. et vnūquodq; et
alterū nō irracionabilit̄ poſitū vi
demus. Qui enī ⁊ ſua deflent. et
virtutū penas ad proximos in ex
emplo tendunt. procldubio perfecti
ſūt. Sunt āt pleriq; puuloꝝ. q̄ e
oꝝ lacrimas ꝯſpiciūt ⁊ ymitātur
⁊ qui nudi in ſuis prauitatib9 eſſe
potuiſſent. ſanctos vigilantioreſq;
viros ꝯſiderant. moxq; ſuis praui
tatibus irati accendūtur vt plan
gant. iflammant̄ ad penitētiam.
atq; vt velare ſāctos corpa ſua cō
ſpiciūt. ita et ipſi lacrimarū ſuarū
alis velant̄. Sed ipōs enī magnis
increpatioībus feriūt Cur qui vir
tutes nō habēt peccata ſua mīme
deploeāt. ſi et illi adhuc plangere
nō deſiſtūt: qui iam ꝟtutū penas
per exempla ad ꝓximos tendūt?
In quib9 ꝟbis neceſſe eſt. vt nos
qui adhuc puuli ſumus. perfectoꝝ
ſꝑ ⁊ ꝟtutes ⁊ lacrimas an̄ mēt̄
nr̄e oculos ponamus. ymitemur q̄
in illis aſpiciam9. vt dū cepimus
per icrementa creſcere. poſſim9 ab
illo diſtricto examine mala que fe
cim9 velare. In aſſiduis enī fleti
b9 in cotidiana nr̄a penitētia habe
m9 ſacerdotē in celis qui īterpellat
ꝓ nobis De quo etiam per iohan
nem dicitur. Si quis peccauerit.
aduocatū habem9 apud patrē ihe
ſū xp̄m iuſtū. ⁊ ip̄e eſt ꝓpiciatio ꝓ
peccatis nr̄is. Ecce exultauit ani
m9. cū aduocati nr̄i potētiam audi
uim9. Sed nr̄am exultationē ite
rū remordet timor. q2 ip̄e qui nob̄
aduocatus eſt dicit̄ iuſtus. nos e
nim cauſas iīuſticie habem9 Juſt9
vero aduocatus. iniuſtas cauſas
nullo mō ſuſcipit. nec ꝟba dare ꝓ
iniuſticia cōſenſit. Quid ergo agi
mus kmi fratres mei? Sed ecce
occurrit aīo quid agam9. mala q̄
fecim9 ⁊ deferamus ⁊ accuſemus
Scriptum eſt. Juſtus in p̄ncipi
o accuſator eſt ſui. Quilibet enim
peccator cōuerſus in fletibus iam
iuſtus eſſe inchoat. cū cepit accu
ſare qd̄ fecit Cur enī nō ſit iuſt9:
qui cōtra ſuam iīuſticiām iam per
lacrimas ſeuit? Juſtus igitur ad
uocat9 noſter iuſtos nos defendit
in iudicio. q2 nos met ipōs et ꝯgnoſ
cim9 ⁊ accuſamus iīuſtos. Nō er
go in fletibus nō in actib9 nr̄is. ſꝫ
aduocati nr̄i allegatione ꝯfidam9
qui viuit ⁊ regnat deus ꝑ oīa ſcl̄a
ſcl̄oꝝ Amen. ¶ Explicit omelia
vij. ¶ Incipit omelia octaua

Quod per exempla iuſ
toꝝ multi proficiant.
ſuperi9 locutionis fine
tractatū eſt. atq; ipſū
ꝓpheta nobis certi9 aperit. cū hūꝰ
que dixerat adiūgit. Et audiebā
ſonū alarū. quaſi ſonū aquarū mlt̄
tarū. Solent in ſacro eloquio ꝑ
aquas populi deſignari. Unde ꝑ
iohannē dicitur. Aque vero ſūt po
puli. Idcirco autē aquis populus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

deſignatur. quia ⁊ in vita ſonū ha
bet ex tumultu carnis. ⁊ cotidie de
fluit ex decurſu mortalitatis. Ut
aūt ſepe iā diximꝰ ale ſūt aīaliū.
v̄tutes ſāctorū Quid eſt ergo ꝙ
ꝓpha alarū ſonū audit quaſi ſonū
aquarū multarū. niſi ꝙ ex oīpotē
tis dei pietate ille ale v̄tutū q̄ in
paucas ꝑus ſāctis ſonabāt. iā nūc
ꝑdicatione diffuſa in multorꝫ cō
uerſatioē ꝓplorꝫ reſonāt. Incarna
to eni paſſo ac reſurgēte dn̄o. pau
ca fuerūt ꝑenata aīalia. quia rari
valde extiterūt q̄ celeſtia deſidera
rent ⁊ v̄tutū ꝑenis ſe i alta ſuſpē
derēt Sed poſtq̄ diuinitatis eius
ꝑdicatio in mūdū diffuſa eſt. q̄ti
iā ꝑuuli. q̄ti grauiores. q̄ti fortio
res iuuenes. q̄ti ibecilles. q̄te cō
uerſe peccatrices. q̄te anus virgi
nes. ꝑ fidē ꝑ ſpem. ꝑ amorē ad ce
leſtia euolant. quis dicere q̄s eſti
mare ſufficiat. Ecce alarū ſonitus
qui ꝑus in paucis aīalibus fuit. iā
nūc in ꝓplis reſonat. iā nūc mundi
multitudinē ad celeſte deſiderium
ꝑene v̄tutū leuāt Bene ḡ dicitur
⁊ audiebā ſonū alarū. quaſi ſonū
aquarū multarū. q̄a ſicut ꝑfati ſu
mꝰ. ille v̄tutū ſonꝰ qui in aure dei
ꝑus ex paucis ſāctis factꝰ eſt. poſt
modū ex aq̄s multꝭ id eſt inume
rabilibus eſt ꝓplis multiplicatus
De quo adhuc ſmo bene addit.
quaſi ſonꝰ ſublimis dei Quid ē ꝙ
alarū ſonꝰ in ſāis aīalibꝰ q̄ſi ſonꝰ
ſublimis dei dicitur. niſi ꝙ omīps
deꝰ ⁊ ipſe iplet mētes ſāctorū celeſ

ti deſiderio. ⁊ ipſe exaudit ipletas.
Ipſe etenim erat in ſanctorū cordi
bus amorē. et ipſe ex amantibus
cordibus ſuſcipit ꝑcem. Negatio
nē ſuā fleuit petrus amare. ſed ta
men illic prīmittitur. quia iheſus
reſpexit petrū. Uenit maria mag
dalene. ꝑ eꝰ multas maculas culpe
ad pedes redemptoris noſtri cū la
crimis Sed quis illam infudit in
tus. niſi q̄ benigne ſuſcepit foris.
Quis illā ad lacrimas vrgebat
ꝑ cōpūctionis ſpiritū. niſi qui hāc
exteriꝰ quorū ſimul recūbentibꝰ re
cipiebat ad veniam. Redemptor e
ḡit noſter peccatricis mulierꝭ mē
tē ⁊ trahebat ⁊ ſuſcipiebat Tra
hebat cū de culpa cōpungeret. ſuſci
piebat vt a culpa liberaret. Bene
ergo iſte alarū ſonus quaſi ſonus
ſublimis dei dicitur. quia quicq̄d
in ſanctorū virtutibus agitur. cuiꝰ
eſt gracie qui merita largitꝛ. Qui
bene per prophetam ſublimis eſſe
memoratur In ſcriptura etenim ſa
cra aliquando deus nuncupatiue.
aliquando vero eſſentialiter dicitꝛ.
Nūcupatiue eni dicitꝛ ſicut ſcriptū
eſt Ecce ꝯſtitui te deū pharaonis Et
ſicut moyſes ait Si q̄s h̄ vel illd
fecerit. applica illū ad deos videli
cet ad ſacerdotes. Qui curſus ait
Diīs n̄ detrahas id ē ſacerdotibꝰ
Et ſicut pſalmiſta ait Deꝰ ſtetit i
ſynagoga deorꝫ. i medio āt deos
diſcernit Eſſencialitꝛ āt deꝰ dr̄. ſicut
ipſe ad moyſē dicit Ego ſū deꝰ pr̄is
tui deꝰ abrahā. deꝰ yſaac. deꝰ iacob

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Unde paulus apoſtolus volens
nũcupatiuũ dei nomen ab eſſencia
li diſcernere· de redēptore nr̃o loq
tus eſt dicēs· Quoꝝ patres ⁊ ex
quibꝫ criſtus ſcd̃m carnem qui eſt
ſup oīa deus benedictus in ſecula
Qui enĩ nũcupatiue dicit̃ deus·
int̃ oīa eſt· qui vero eſſencialit̃ de
us· ſup oīa eſt Ut ergo oſtendēt
xp̃m naturalit̃ deũ· nō hunc deũ
tm̃mō· ſꝫ deũ ſup oīa eē cōmemo
rauit· Quia ⁊ clarius q̃ſꝫ ſicut pre
miſimus· ul̃ in exemplo iuſtície p̃
rogando poſitus deus dicí poteſt·
ſed int̃ oīa qm̃ nũcupatiue deus·
criſtus autē deus eſt ſuper oīa qui
a naturalit̃ deus· Quē ergo pau
lus deum ſuper oīa· hunc ezechiel
pp̄ha deũ ſublimē nominauit Poſ
q̃ vero dictũ eſt audiebã ſonũ ala
rũ quaſi ſonũ aquarũ multarũ· qui
a adhuc addit̃· quaſi ſonus ſubli
mis dei· etiam hoc ītelligere poſſu
mꝰ· quod futurũ clãs oībꝰ ſcimꝰ
Alarũ enĩ ſonitus ſicut diximꝰ fu
it in predicatoribꝰ ſanctis· aqua
rũ ſonus in cōuerſis ⁊ ſequētibus
populis· Sed idem ipē ſonus erit
q̃nqꝫ ſonus ſublimis dei· q2 multi
tudo que nunc ad fidē per ſanctos
doctores trahitur· q̃nqꝫ in celeſtem
patriam ꝯgregat̃· vt ibi om̄s clã
ſine fine laudent· cum viderint
quod laudent· Et quia tunc per
fecte corpus redēptoris efficit̃ om
nis multitudo ſanctorũ iuxª pauli
vocē dicentꝭ· et ipā creatura libera
bitur a ſeruitute corruptionis in li
bertatē glorie filiorũ dei· eiqꝫ tunc
ita inhereēt· vt eis de corruptione
que per reſurrectionem vincit̃· iam
nichil in ſuo ſancto amore con
tradicat· ſed vnita glorie ſui redēp
toris fiat· recte nunc dicitur· quaſi
ſonum ſublimis dei Notādus er
go eſt ordo deſcribētis· q2 prius ſo
nus ex alis aīalũ· qui poſtmodũ
quaſi ſonꝰ aquarũ multarũ· ad ex
tremũ vero quaſi ſonus ſublimis
dei dicit̃· Qd̃ enĩ prius ſancti pre
dicauerũt· hoc poſtmodum credide
rũt atqꝫ tenuerũt ꝯuerſi ad fidem
populi· qui ad extremũ quoqꝫ libe
ratori omniũ reddũt laudē· in celeſ
tia ſubleuati· Sonus itaqꝫ aīali
um fit ſonꝰ aquarũ· ⁊ ſonus aqua
rũ fit quaſi ſonꝰ ſublimis dei· qui
a laudē oīpotētꝭ domini quã prius
in mũdo pauci· hanc poſtmodũ mł
ti clamauerunt· ⁊ quã nunc multi
clamant· cũ adhuc eis in ſemetip
ſis ſua corruptio repugnat· hãc in
celeſti patria clã om̄s ſuo iã capiti
vniti reſonabũt· Adhuc aũt ſancto
rũ aīalũ opa v̄tuteſꝫ deſcribũtur
cũ ſubdit̃· Cũ ambularēt quaſi ſo
nus erat multitudinis· vt ſonitus
caſtroꝝ· Si per ſonitum ſublimis
dei laus nr̃i creatoris in celeſti pa
tria deſignatur· mirandũ nō eſt ꝗ
curſꝰ ad ſãctoꝝ opa in hac adhuc
vita viuentiũ pp̄heticus ſermo re
fũdit̃· q2 ſp̃us ſãctus in corde pro
phãꝝ qd̃ ſimul oſtendit intus· nō
ſimul eicit per linguã foras· Aq̃
q̃ppe ſciencie qua pp̄hetãtis aīmꝰ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

repletur in ꝯtemplatione vehemē
ter exuberat· Sed qz angustū ē spi
ritui omne os hois id est foramen
carnis ad explendā illā imensitatē
que cōspicatur modo hoc· mō illud
qđ aspiciat ꝓferendo lingua variat·
Postq̄ ergo sonū alarum quasi so
nū sublimis dei esse cōspexit in ce
lis· rursus ad terras redit· et p̄na
ta animalia quid hic agant loqui
tur· vt illic sūma mereantur dicens
Cū ābularēt quasi son9 erat mul
titudinis vt sonitus castrorū· Cū
p̄dicatores sancti mūdū p̄dicando
et trahendo circūeunt animalia ā
bulant· et quia hic eciā quos colli
gunt· statim vt crediderint in lau
dem nostri creatoris exurgunt· fit
son9 quasi son9 multitudinis· Et q̄
a in p̄dicatione eadē bellū cōtra a
ereas potestates sumunt recte sub
iungitur vt sonus castrorū· Cū eni
sanctis p̄dicatorib9 fideles populi
ꝯiūguntur· cōtra malignos spūs
in ꝓcinctu fidei multitudines cas
trorū fiūt· Et dū fideles quoqz co
tidie celestib9 desiderijs replent·
terrena despiciunt· dura sibi pro a
more supne patrie ꝓponūt· cōtra
aereas potestates castra fiunt· qui
a armati fide· et bonis operibus
muniti gradiunt· quasi eni quibus
dā castris spiritualis exercitus per
paulū dicitur· Induite vos arma
turam dei· vt possitis contra insidi
as dyaboli stare· quia non est no
bis colluctatio aduersus carnē et
sanguinē· sed aduersus principes

et potestates· aduersus mundi rec
tores tenebrarum harum· contra
spiritualia nequicie in celestibus·
Sanctorum ergo multitudines
castra sunt· que bellum contra ae
reas potestates susceperunt· Vnde
et sancta vniūsalis ecclesia ita sub
specie dilecte describit vt dicatur
Pulcra es amica mea suauis es
et decora sicut iherusalē terribilis
vt castrorū acies ordinata· Quia
eni iherusalē visio pacis interp̄ta
tur cui9 nomine patria celestis ex
primit· sācta ecclesia suauis et de
cora sicut iherusalē dicit· q̄a eius
vita et desideriū visioni iā pacis i
time ꝯparatur vt in eo q̄ auctorē
suū diligit· q̄ eius specie vidē cō
cupiscit de quo scriptū est· in quem
desiderant angeli ꝓspicere· p ipsa
iam amoris sui desideria angelis
similis dicitur· que q̄ntū deo ama
bilis efficitur· tāto agit vt malig
nis spiritib9 terribilis fiat· Qua
liter autem sit terribil'· subiuncta
comparatione ostenditur id est vt
castrorum acies ordinata· Quid
est q̄ sancta ecclesia suis hostibus
vt castrorum acies sit timenda?
Non enim a magno intellectu va
cat ista comparatio· et idcirco ē sub
tiliter intuenda· Nam9 et constat
quia castrorum acies tunc hostib9
terribilis ostenditur· quando ita
fuerit constipata atqz densata· vt
in nullo loco interrupta videatur
Nā si ita disponit· vt locus vacu9
p quē hostis possit igredi dimittat·

proſecto iam ſuis hoſtib9 terribil
nō eſt. Et nos ergo cū contra ma
lignos ſpūs ſpūalis certaminis
aciem ponim9. ſūmope neceſſe eſt
vt per caritatē ſemp̄ vniti atq; cō
ſtricti. et nūq̄ interupti per diſcordi
am inueniamur. q2 ſi q̄libet bona o
pera in nobis fuerīt. ſi caritas de
ſit. per malū diſcordie locus aperi
tur in acie. vnde ad feriendos nos
valeat hoſtis noſter intrare. Anti
quus vero hoſtis caſtitatē in nobis
ſi ſine caritate fuerit nō timet. qui
a ipē nec carne premitur. vt in e
ius luxuria diſſoluat. Abſtinenciā
nō timet. q2 ipē cibo nō vtitur. qui
neceſſitate corporis non vrgetur.
Diſtributionē terrenarū rerū nō ti
met. ſi eidē operi caritas deſit. qui
a diuiciarū ſubſidijs ipē nō eget.
Valde aūt in nobis caritatē verā
id eſt amorē humilē quē nobis vi
ciſſim impēdim9 timet. et nimis cō
cordie nr̄e inuidet. q2 hāc nos tene
mus in terra. quā ipē tenere nolēs
amiſit in celis. Vn̄ ergo d2. terri
bilis vt caſtroꝝ acies ordinata.
q2 electoꝝ multitudinē eo maligni
ſpūs pertimeſcūt. quo eos per ca
ritatꝭ ꝯcordiā vnitos ꝯtra ſe ⁊ cō
globatos aſpiciūt. Quāta aūt ſit ꝯ
cordie virtus oñdit. cū ſine illa v̄
tutes reliq̄ v̄tutes nō eſſe mōſtrā
tur. Magna eni virtus abſtinencia
e. ſꝫ ſi quis ita ab alimentis abſti
neat. vt ceteros in cibo dijudicet.
⁊ alimenta eadem q̄ deus creauit
ad ꝑcipiendū cū graciarū actione fide

libus eciam dāpnet. quid huic vir
tus abſtinēcie facta eſt. niſi laque
us culpe? Vn̄ pſalmiſta quoq; nl̄
lam eſſe abſtinentiā ſine cōcordia
deſignans ait. Laudate eū in tym
pano et choro. In tȳpano eni cori
um ſiccū reſonat. in choro autē vo
ces ꝯcorditer cātant. Q̄d ergo per
tȳpanū niſi abſtinencia? et quid ꝑ
chorū niſi caritas concordie deſig
tur? Qui itaq; ſic abſtinentiam te
net vt cōcordiā deſerat. laudat q̄dē
in tipano. ſꝫ nō laudat in choro. Et
ſūt nōnulli. q̄ dū pl9 ſape q̄ neceſ
ſe eſt ſtudent. a p̄ximoꝝ pace reſili
unt. dū eos ceteros ſtultoſꝫ contēp
nūt. Vn̄ per ſe veritas āmonet di
cens. Habete in vobis ſal. et pacē
habete int̄ vos. vt quiſq̄s habere
ſal ſapientie ſtudet. caueat neceſſe ē
quatinus a pace ꝯcordie nūq̄ rece
dat. Quod vero de hijs duab9 v̄
tutibus diximus. hoc eſt de ceteris
oīb9 ſenciendū. Vn̄ terribilit̄ pau
lus āmonet dicēs. Pacē ſeq̄mini
cum oībus et ſāctimoniā. ſine qua
nemo videbit deū. Quia aūt nich
il ſine cōcordia deo placeat. ipā ꝑ
ſe veritas demōſtrat dicēs. Si of
fers mun9 tuū ad altare. et ibi re
cordatus fueris. q̄a frat̄ tuus ha
bet aliq̄d aduerſū te. relinq̄ ibi mu
n9 tuū ante altare. ⁊ vade p̄us re
conciliari frī tuo. ⁊ tūc veniens of
feres mun9 tuū. Ecce a diſcordāti
b9 accipere nō vult ſacrificiū. holo
cauſtū ſuſcipe recuſat. Hinc ergo
perpēdite q̄tū ſit malū diſcordie.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝑter qđ et illud abiaꝛ · ꝑ qđ cul
pa relaxatur Quia vō electi semꝑ
in caritate ꝯiūcti sūt · et hec eadē e
orū caritas sonū laudis reddit au
ctori · malignis vero spiritib9 id est
āticquis suis hostib9 · penā incutit ti
moris · recte nūc de pennatis ani
malibus dicitur Cū ambularent
quasi son9 erat multitudinis vt so
nitus castrorū · Libet āt ab exortu
sancte ecclesie fidei oculos vſꝫ ad fi
nē mūdi tendere · ⁊ hec eadē castra
quomō ambulent videre Castra e
nim multitudinis appellātur exer
citus · cū in procinctū ꝑgūt · aut i cer
to aliquo quolibet loco i itinere de
morātur · Castris ergo via est vi
ta p̄sentis seculi · oībus cōcorditer
viuētibus sanctis Alia aūt sūt cas
tra p̄dicātiū · q̄ huc illucq3 ꝓ colli
gendis aīabus in sācti opis ꝓcin
ctu laborant · alia castra ꝯtinentiū
atq3 ab hoc mūdo recedētiū · qui cō
tra malignorū spirituū bella coti
die se in corde p̄parāt · Alia castra
bonorū cōiugatorū · qui viuentes
in amore omnipotentis dei concor
diter · sic vicissim sibi carnis debitū
soluūt · vt tamen quid deo de opi
bus bonis debeant nullatenus ob
liuiscantur · sed ⁊ si qua vt hoīes
delinquunt · hec icessanter piȷs ac
tibus redimunt Quia ergo distinc
ti fideliū ordines ab exortu sancte
ecclesie · vſꝫ ad finē mūdi concordi
ter viuentes cōtra potestates aere
as dimicant · castra ambulant · ⁊
fit quasi castrorū sonitus · quia in

eis ad laudē omnipotentis dei ⁊
virtutū gladiȷ ⁊ arma miraculorū
sonant De sanctis verō animalib9
adhuc subditur · Cumq3 starēt di
mittebantur penne eorū Stant a
nimalia quādo ea que dei sunt in
tenta contemplatione desiderant ·
Sed eorū p̄ne deponūtur q̄a dū
alta dei iudicia aspiciūt · sue eis v̄
tutes vilescunt · qđ apte exponiꝛ
cū statim subditur · Nam cū fieret
vox sup firmamentū · quod erat su
per caput eorū · stabant ⁊ submit
tebant alas suas Firmamentū su
ꝑius · sub intellectu duplici iudica
uimus exponendū Possunt enim
sicut dictū est firmamenti nomine
celestes potestates intelligi · et po
test firmamenti nomine incarna
tus vnigenitus per hoc qđ in eo
nostra natura ad eternitatē firma
ta est designari Prius enim quid
sentimus de angelis · et postmodū
de domino angelorum loquamur
Ecce enim dicitur cum fieret vox
super firmamentum · stabāt ⁊ sub
mittebant alas suas Quo in loco
hꝫ primū sciendū est · quia non sub
mittere ab inferiori ad supiora ten
dere · sed a supiori ad iferiora alas
deponere intelligi debet · ꝑter hoc
qđ p̄missū est · cum starent dimitte
bantur penne eorum · Querendū
itaq3 nobis est · que sit vox que su
per firmamentum sit · Sed ean
dem vocem melius intelligimus
si ab imis ad superiora gradiētes
quasi quibusdā passib9 ascēdam9

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sicut auditus corporis excitatur
voce · ita ſenſus mentis excitatur
intellectu qui de interioribz agitur·
Vox ergo in mente eſt· quaſi qui
dã ſonus itelligentie · Sed ſcien
dũ eſt qa nrĩs ſenſibus aliqñ vox
carnis loquit· aliqñ vox aĩe · ali
qñ vox firmamenti· aliqñ vox que
ſuper firmamentũ eſt· Ponamus
enĩ ante oculos ꝙ quiſpiã ſit leſ9
a primo· qui ex humana racione
cogitat vt vicẽ leſionis reddat· ma
lũ ꝑ malo retribuat· huic vox car
nis loquit in mente· qz cũ diuina
mandata ꝑcipiant benefacere hijs
qui vos oderũt· quiſquis mala fa
cere ſe odientib9 cogitat· in eius a
nimo vox carnis ſonat· Multa ẽ
tena cotidie agim9 · poſt hec ad o
rationẽ redim9 · accendit ad com
punctionẽ anim9 · ſz carũ rerũ quas
egim9 ymagines verſãtur in men
te ⁊ itentionẽ cõpunctionis ꝑpedi
unt in orõne · ⁊ qd volentes foris
egim9 hoc iterius patimur inuiti·
vt quedã cogitationũ fãtaſmata
mentẽ per ymagines corꝑeas diſ
pergant· ne ſtricte totã in orõne ſe
colligat· Hec quoqz vox carnis ẽ
Cũ vero ⁊ iſta ſubiciamus· atqz ab
oculis mentis cunctas corporeas
ymagines effugam9 · ipãm in no
biſmetipſis naturã aĩe querẽtes ·
qualis ſit que carnẽ viuificare ꝑt
ſed ſemetipãm ſtrĩgere in bonis co
gitatioibus ſicut deſiderat non po
teſt· iuenim9 quendã intellectualem
ſpm per potẽtiã creatoris viuentẽ

corpus qd ſuſtinet viuificãtẽ· ſz tñ
obliuioni ſubditũ· mutabilitati ſub
iectũ · quẽ ſepe timor affiat letitia
extollit· Ipſe itaqz intellectus aĩe
vox ei9 eſt qz ſonat quod eſt· q̃ tñ
adhuc vox ſub firmamẽto eſt· Sz
tranſcendẽtes aĩam vocẽ de firma
mento querim9 · cum illa ſanctoꝝ
angeloꝝ inumera multitudo in oĩ
potẽtis domini cõſpcũ qualis ſit in
ueſtigam9 · q̃ ſit in eis ſine fine feſ
tiuitas viſionis dei · que letitia ſi
ne defectu qui amoris ardor nõ cru
cians· ſed delectans· ꝙtũ in eis ſit
viſionis dei deſideriũ· cũ ſacietate
⁊ q̃ta ſacietas cũ deſiderio in qui
bus nec deſideriũ penam generat
nec ſacietas faſtidiũ parit· quomõ
inherẽdo beatitudini ſint beati quo
mõ cõtemplando ſemꝑ eternitatẽ
ſint eterni· quomõ cõiuncti vero lumi
ni facti ſũt lux· quomõ aſpicientes
ſemꝑ incõmutabilẽ· mutati ſũt i i
cõmutabilitatẽ· Sed cũ iſta de ãge
lis cogitam9 · adhuc de firmamen
to eſt· nõ ſuper firmamẽtũ· Trãſ
eat ergo aĩmus ⁊ ab ipſis· trãſcẽ
dat omẽ quod creatum eſt· in ſolo
creatoris ſui lumine fidei oculos
figat · ꝙ vn9 viuificet omĩa q̃ cre
auit deus · ꝙ vbiqz eſt · ⁊ vbiqz
totus eſt · ꝙ incircũſcriptus et icõ
prehenſibilis ſentiri poteſt · ⁊ vide
ri non poteſt · ꝙ nuſꝙ deeſt · ⁊ ta
men ab iniquorũ cogitatioib9 lon
ge eſt · ꝙ nec ibi deeſt · vbi longe
eſt· qz vbi nõ eſt per grãm adeſt ꝑ
vindictam · ꝙ omnia tangit · nec

tamen oīa equaliter tāgit Quedā
eni tāgit vt ſint · nec tamen vt vi
uant et ſentiant · ſicut ſūt oīa inſen
ſibilia · quedā tangit vt ſint viuāt
et ſentiant · nec tamē vt diſcernāt
ſicut ſūt bruta animalia · quedā tā
git vt ſint viuāt et ſentiant et diſ
cernant · ſicut eſt huāna et angeli
ca natura · et cū ipſe nūq̄ ſibimetip
ſi ſit diſſimilis · diſſimilit̄ tamē tā
git diſſimilia · q̄ vbiq̄ p̄ſens eſt
et vix inueniri poteſt · q̄ ſtātē ſequi
mur ⁊ app̄hēdē nō valemꝰ Pona
mꝰ ḡ an̄ oculos mētis q̄ illa natu
ra ſit que tenet omnia īplet omni
a · circūplectit̄ oīa · ſuperexcedit oīa ·
ſuſtinet oīa · nec alia p̄te ſuſtinet at
q̄ alia ſuperexcedit · nec alia ex p̄te
īplet · atq̄ alia īplendo circūplecti
tur · ſed circūplectendo īplet · īplen
do circūplectitur · ſuſtinendo ſuper
excedit · ſuperexcedendo ſuſtinet · Huiꝰ
nature potentiā cū ſtrictius in ea co
gitat animꝰ · vox ſup̄ firmamentū
fit · quia eius intellectus concepit
q̄d ⁊ angelorum ſenſū ſua incōpre
henſibilitate tranſcendit Cum er
go vox ſup̄ firmamentum fit ſtant
animalia ⁊ ſubmittunt alas ſuas
quia ſanctorū mentes cum creato
ris ſui potentiam intenta ꝯtempla
tione cōſiderant · vileſcunt eorum
animo virtutes quas habent ⁊
tanto fiunt apud ſe humiles · q̄to
eis altū eſt illud q̄d ſup̄ angelos
ſonat Forcaſſe enim doctores ſunt
cum ceperint intacta mente cogita
re · que ſit ineffabilis dei ſapienti

a · que mentes hominū ſine ſtrepi
tu verborū docet · et quomodo hec
eadem ſapientia ſi auditorum mē
tes non doceat vox doctorum inua
num laborat · ſua eis protinꝰ doc
trina vileſcit · quia neq̄ qui plan
tat eſt aliquid neq̄ qui rigat · ſed
qui incrementum dat deus Forcaſ
ſe prophete ſūt · ſed cum tacita mē
te conſiderant · quia prophecie ſue
oculo ſimul omnia diuinitatis miſ
teria penetrare non poſſunt · quo
niā ſicut ait apoſtolus ex p̄te co g
noſcimus ⁊ ex p̄te prophetamus
in illa īmenſitate ſecretorū vident
quia p̄uum eſt omne quod vident
atq̄ ex ipā amplitudine luminis
conſiderant · q̄ minus ſit illud q̄d
intento oculo quaſi p̄ rimas vide
runt · Deponant ergo alas ſuas
cum vox ſuper firmamentū fit id
eſt humilientur in eo quod appre
hendunt · cum ſuperna conſpiciunt
que ab eis cōprehendi nō poſſūt ·
Sepe eciam cogitationibus ſanc
torum ipſa que habent bona blan
diuntur · vt eorum mentes in ali
qua ſui fiducia leuent · ſed protinꝰ
ad occulta dei iudicia recurrunt ·
quomodo alij ex virtutibus ad in
fernū per elationē corruūt · alij ex
vicijs correcti ad celū per hūilitatē
leuant̄ · Vn̄ nos ad hūilitatē reuo
cās p̄pha terret ⁊ amonet dicens
Veite ⁊ videte opa dn̄i q̄ terribil̄
in ꝯſilijs ſuper filios hoim̄ · Quis
enī digne cōſiderare valeat · q̄tus
ſuper nos ſit terror conſiliorū dei ·

quando ⁊ alter ex v̄tutib9 in finē
ſcēdit ad vicia. ⁊ alter ex vicijs in
virtutibus cōcludit finem? Quia
iuxta ſalomonis vocē ſūt iuſti atq̧
ſapientes. ⁊ opa eorum in manu
dei. et tn̄ neſcit hō vtrū amore an
odio dignus ſit. ſed oīa in futuro
ſeruant̄ incerta. ⁊ eſt via que vide
tur hominib9 recta. ⁊ nouiſſimū e
ius ducit ad mortē Hec itaq̧ occl
ti iudicij profunda cogitare. q̄d eſt
aliud q̄̄ alas deponē id eſt de nl
la iam virtute ꝯſidere. ſ; ſub mag
no timore trepidare? Siue eni oī
potent̄ dei naturā cōſideret. ſiue e
ius iudicia perpēdāt. trepidāt perti
meſcunt. Eis ergo quaſi alas de
ponere eſt. v̄tutes quas habēt hu
miliare. Sic abrahā alas depoſu
it. qui qn̄ loqui cū deo cepit. pulue
rē ⁊ cinerē ſe eſſe ꝯgnouit dicens.
Loquar ad dn̄m meū. cū ſim pul
uis ⁊ cinis. Sic moyſes alas de
poſuit. qui eruditus omni ſcientia
egiptiorꝫ mox vt v̄ba domini au
diuit. verba ſe nō habere dep̄hen
dit dicēs Obſecro domine nō ſum
eloquens ab heri ⁊ nudius tercī9
ex quo locutus es ad ſeruū tuum
impeditioris ⁊ tardioris lingue
ego ſū. Ac ſi apte diceret. Poſtq̄̄
a te verba vite audio. ꝯfuſū me in
verbis priorib9 agnoſco. Sic yſai
as cui9 vita dn̄o ad predicādum
placuerat. cū eundē dn̄m contepla
tur. carbone de altari in ore tact9
eſt ⁊ ait. Ve m̄ quia tacui. q̄a vir
pollutus labijs ego ſū. Ecce ad

ſuperiora ſubleuatus. ſibimetipſi
de labiorū pollucione diſplicuit.
Niſi eni celeſtis mūdicie alta con
ſpiceret. eſſe ſe iudicabilē nō oſten
diſſ;. Sic loquēte dn̄o ihieremias
clamat A. a. a. domine deus ecce
neſcio loqui q2 puer ego ſū. Iux̄
ea verba que audiebat. ſe v̄ba nō
habere cognouerat. Sic daniel ſb
limē viſionē videns. per plurīos
dies elanguit ⁊ egrotauit. q2 hij
qui in virtutibus fortes ſūt. cū al
tiora dei conſpiciūt. in ſua ſibimet
eſtimatioē infirmi atq̧ imbecilles ſi
unt. Sic btūs iob de quo dn̄s a
nuas illius dixit. non eſtis locuti
corā me rectū. ſicut ſeruus me9 iob
cum verba dei colloquentis audi
ret. reſpondit dicens Inſipienter
locutus ſū. ⁊ que ultra modū exce
derēt ſcientiā meā. Et paulopoſt.
Idcirco ip̄e me reprehendo. ⁊ ago
penitētiā in fauillo ⁊ cinere. Qui
q̄ntū ad homines ſapient̄ locutus
fuerat. loquentē ſibi deū audiens
inſipient̄ ſe locutū fuiſſe reprehen
dit. quia in cōteplacione vere ſapiē
tie ſua ei ſapientia viluit. Ad vo
cem ergo deſup venientē aīalia a
las deponūt. q2 virtutē dei ſiue in
natura ſua conteplari requiramus
ſiue in occultis iudicijs iueſtigare
cogitem9. p eo q̄ ei9 alta nobis
impenetrabilia ſūt. nr̄a nobis ſi q̄
ineſſe credebātur vileſcūt. ⁊ qui in
q̄ntulacūq̧ ſcientia volare videba
mur. inuiſibilē ſuper nos naturā ⁊
impenetrabilia e9 iudicia p̄pēdētes

ſubmiſſis alijs humiliter ſtam9 De
quib9 Et ſup firmamentũ qḋ erat
iminẽs capiti eorũ quaſi aſpect9
lapidis ſaphiri ſilitudo throni. et
ſup ſilitudinẽ throni ſilitudo quaſi
aſpectus hoĩs deſup Quid ꝑ thro
nũ niſi ille ṽtutes angelice deſig
nãtur. que ipſos quoq; ãgelos dig
nitate loci ſupioris excedũt? Nam
cũ ãgeli nũcij dicãtur. ⁊ ſepe ãgeli
ad ãnũciãda que dã hoĩbus veniãt.
throni miſſi ad miſteriũ nũcij nuſ
q̃ꝫ legunt᷑. quia eis lõge ſublimi9
creator oĩm ꝑſidet Vñ paul9 apoſ
tolus ordines celeſtiũ agminũ q̃s
ad terciũ celũ capt9 viderat deſcri
bens ait Siue throni ſiue dñatio
nes. ſiue pricipatus. ſiue ptãtes. õ
nia ꝑ ipſum ⁊ in ipſo creata ſunt.
Thronos igit̃ ante eos ãgelorũ
ordines dixit q̇bus illos ꝑlatos
eſſe cognouit. Bene aũt thronus
lapidi ſaphiro cõpatur. q̃a lapis
ſaphirus aereũ habet colorẽ. Vir
tutes ergo celeſtiũ lapide ſaphiro
deſignantur. quia hij ſpũs quib9
de9 omĩps altius ꝑſidet. ſupioris
loci i celeſtib9 dignitatẽ tenẽt Su
ꝑ thronũ vero ſilitudo hoĩs. q̃a et
ſup illas ṽtutes q̃ ⁊ ipſos ãgelos
ãtecedũt. noſtri eſt glã redẽptoris
Notandũ ergo qui ordo ſeruatur
Sup aĩalia enim firmamẽtũ. ſup
firmamẽtũ thronus. ſup thronũ
hõ eſſe deſcribitur. quia ⁊ ſup ſanc
tos hoĩes adhuc in hac corruptiõe
corpis viuẽtes ãgeli. ⁊ ſup ange
los ſupiores ⁊ deo ꝓxime ãgelice

ptãtes. ſup vero ꝓximas ptãtes e
leuatus eſt mediator dei et hoĩm
homo xp̃s iheſus Qm̃ vero vt pre
diximus firmamenti nomine me
diator dei ⁊ hominũ ꝑ aſſũpta hu
manitate debet intelligi. quia ſub
vni9 nominis appellatione ſolent
ꝓphĩe ſpiritu multa deſignaꝛ. vox
ſup firmamẽtũ facta ẽ. q̃ ſup bap
tizatũ dominũ de celo ſonuit dicẽs.
tu es filius meus dilectus in te cõ
placui. Vel ſicut ꝑ euangeliſtã di
citur. hic eſt filius meus dilect9 in
quo michi cõplacui Queram9 igi
tur quõ hanc vocẽ aĩalia audiũt.
et alas deponũt Dicat requiſitus
abacuc ꝓpha. Domine audiui au
ditum tuũ ⁊ timui. conſideraui o
pera tua et expaui. Quid eſt ãt ꝙ
pater de filio loq̃tur dicens. i quo
michi ꝯplacui? Omnis eni qui pe
nitẽdo corrigit aliqua q̃ fecit. eo ip
ſo ꝙ penitet ſe ſibi diſplicuiſſe indi
cat. qui emendat qḋ fecit Et quia
omĩps pater ſicut intelligi ab hoĩ
b9 poteãt humano mõ locut9 eſt de
pctõrib9 dicens. penitet me feciſſe
hoĩem ſup terrã. q̃ſi ſibimetipi diſ
plicauit. in pctõribus quos creauit
In ſolo autem ſibi vnigenito dño
nrõ ihũ xp̃o cõplacuit. qꝛ hũc int̃
hoĩes hoĩem eũ creaſſe nõ penitu
it. in quo pctm̃ nullũ õnino inue
nit. ſicut de illo ꝑ pſalmiſtã dicit
Iurauit dñs et nõ penitebit eum.
tu es ſacerdos ieternum ſcḋm or
dinẽ melchiſedech. In ſolo ergo
ſibi redẽptore nrõ cõplacuit pater.

quia in eo ſolo non inuenit culpā
in qua ſe reꝓhendat quaſi per peni
tentiā · Sc̄a itaqꝫ aīalia vocē ſuꝑ
firmamētū audiāt ⁊ pertimeſcāt
q2 ſi ſolus ſine peccato eſt · in eius
innocētiam aſpiciant · in q̄bus ipſi
cotidie delinquant · que neceſſe eſt
vt īceſſant̄ defleant · Cōſiderant
quoqꝫ q2 ⁊ ipē auctor vite ſine paſ
ſiōis dolore ex hac vita nō exijt ·
Et hec ergo vox ſuꝑ firmamentū
facta eſt q2 oīpotentꝭ patrꝭ ſentēti
a ciam de morte ac reſurrectione
vnigeniti proceſſit · Sed cū vox ſu
per firmamētū fit · ſtant aīalia ⁊
ſubmittūt alas ſuas q2 ſancti q̄qꝫ
cū ipſū quoqꝫ vnigenitū flagella
tū in hoc mūdo cōſpiciūt · deponunt
ſi q̄d de ſuis meritꝭ p̄ſumūt · Nā
ſi ipē ſine flagello nō exijt qui ve
nit ſine pccō · quō flagellis digni
non erūt · qui huc cū peccato vene
rūt? Ipſū quoqꝫ firmamētum qđ
eſt ſuꝑ caput aīaliū id ē qđ trāſcē
dit mentes iuſtorū habet ſuper ſe
vocē · q2 redēptor noſter eam quā
cū patre diſpoſuit ex diuinitate ſen
tenciam ꝓtulit in carne · quā audien
tes iuſti terrētur · ⁊ oēm de ſuis vi
ribus p̄ſūptionē deponūt Quib9
libet enī v̄tutib9 polleant · q̄d dig
na eſt vita peccatorꝫ · ſi ⁊ eius vi
ta pro nobis flagello ſubiacuit · q̄
ſubdita nullo peccato fuit? Sed
ecce nobis q̄ſtio g̃uis oritur cū di
citur · q2 ſuper firmamētū qđ erat
imunens capiti eorꝫ quaſi aſpect9
lapidis ſaphiri ſimilitudo throni ·

Si enim per firmamentū dn̄s mi9
et ꝑ lapidē ſaphirū ⁊ ſimilitudinē
throni ſūme ille poteſtates angeli
ce figurātur · quomō ſuꝑ firmamē
tū id eſt ſuper dn̄m eſſe credende ſūt
cū ⁊ mox ſubditur · ⁊ ſuꝑ ſimilitu
dinē throni ſimilitudo quaſi aſpec
tus hominis deſuꝑ? Nā ſi ita vt
dictū eſt firmamento exp̄mitur do
min9 · ⁊ rurſū hō accipit̄ dn̄s · qua
racione poteſt ītelligi · et ipē ſuper
thronū · ⁊ ipſe ſub throno? Sꝫ aſ
tructos h9 queſtiōis nodos ipē ſol
uit de quo loq̄mur · qui afflatu ſā
ſpūs ea q̄ clauſa ſt̄ apit · Incarna
tus aūt vnigenitus patrꝭ per hoc
qđ hō factus eſt īfra angelos fuit
ſicut de eo ſcriptū eſt · minuiſti eū
paulominus ab angelis · reſurgens
aūt ⁊ aſcendēs in celos oībus an
gelicis poteſtatib9 p̄ſidet · ſicut de
eo illic rurſus ſcriptū eſt · omia ſub
ieciſti ſub pedib9 eius · ⁊ ſicut ipſe
ait · data eſt m̄ oīs potaſtas in celo
⁊ in terra · Firmamentū ergo ſub
throno · ⁊ hō ſuper thronū eſt · q̄a
per humane aſſūptionē nature ⁊
ipē ſub angelis natus eſt · ⁊ ipē ſu
per angelos exaltatus · qui et pri
uſq̄ per reſurrectionis exaltaretur
glīam diuinitate ſuꝑ angelos fuit
ſꝫ tn̄ angelis vt dictū eſt hūanita
te minoratus · ex qua et morti ſub
iacuit · At poſtq̄ⁿ mortē reſurgendo
calcauit · hūanitatē eciam ſuā ma
ieſtatib9 angelorꝫ ſuppoſuit · Pri
us itaqꝫ thronus ſuper firmamen
tū · ⁊ poſt hō ſuꝑ thronū viſus eſſe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

deſcribitur· quia huãni generis re
dẽptor huãnitatẽ quã deſcẽdẽdo ſb
ãgelis aſſũpſit· aſcẽdendo ſup ãge
los exaltauit Hic võ factũ cũ ſub
ãgelis dicit9 ſicut factũ ſub lege· a
poſtolo pdicãte audiuim9 Aſſũptã
ergo huãnitatẽ ſub angelis accipi
m9· p ea minoratione in qua dig
natus eſt apparere Nã mox vt v
bũ caro factũ eſt· mox de9 hõ ptã
te ſup ãgelos fuit De ipõ q̃ppe ãn
paſſionẽ ſcriptũ eſt Ecce angeli ac
ceſſerunt ⁊ miniſtrabãt ei Sed ta
mẽ vt huãnitatẽ eius infirmitas
mõſtraretur curſũ de eo ſcriptũ eſt
Apparuit illi ãgelus de celo cõfor
tãs eũ In documẽto ergo vtriuſ
nature· hinc ⁊ ãgeli miſtrante· hũc
et ãgelus cõfortare deſcribitur V
nus quippe in vtraq; natura · qm̃
qui de9 ante ſecula extitit hõ fact9
eſt in fine ſeculorũ Cui tamen an̄
paſſionem ſuã angeli miſtrant · ⁊
hũc angelus cõfortat· poſt paſſio
nẽ vero atq; reſurrectionẽ hinc ãge
li miniſtrare poſſunt· ſed iã nõ hũc
cõfortare poſſunt · q̃a ſicut pdictũ
eſt· ⁊ ſi prius firmamẽtũ ſb throno
apparuit· iã tamen hõ ſup thronũ
eſt Et in cui9 pſona vt pheta ſãc
tus adunationẽ vtriuſ nature ſe
vidiſſe oſtenderet· ptin9 adiũxit·
Et vidi quaſi ſpeciẽ electri Quid
eſt qd aſpect9 hõis videt in thro
no quaſi ſpecies electri· niſi q in e
lectro ſicut lõge ſupi9 diximus argẽ
tũ ⁊ aurũ miſcetur· vt res vna ex
metallis duobus fiat? In qua ⁊
p argentũ auri claritas tpatur· ⁊
p auri claritatẽ ſpecies clariſcit ar
genti In redemptore aũt nrõ vtri
uſ; nature id eſt diuinitatis ⁊ huã
nitatis incõfuſe atq; inſepabiliter
ſibimet ſunt vnite vt et p huãnita
tẽ diuinitatẽ eius claritas noſtris
potuiſſet oculis tẽpari· ⁊ p diuini
tatẽ humana in eo natura clareſce
ret· atq; exaltata fulgore vltra
qd creata fuerat haberet Ipſe vero
aſpect9 hõis ſup thronũ ⁊ ſpẽs e
lectri quã vidit qualis ei apparuit
adhuc deſcribẽdo ſubiũgit Velut
aſpectus ignis intrĩſecus e9 p cir
cuitũ· a lũbis eius deſup· ⁊ a lum
bis eius vſ deorſũ· vidi quaſi ſpe
ciem ignis ſplendentis in circuitu
Quid eſt q mediator dei ⁊ hõim
homo xp̃s iheſus a lũbis ⁊ deſup
aſpectũ ignis intrinſecus p circui
tum habere deſcribitur · ⁊ a lum
bis et deorſum ſpeciem ignis ſplẽ
dentis in circuitu? Inueſtigandũ
nãq; ẽ quare a lũbis et de ſup ignẽ
intrĩſecus· nec tamẽ ſplẽdẽtẽ ignẽ
habere narratur· a lũbis vero ⁊ de
orſũ hr̃e ignis ſpẽm dicit· non tñ
hũc hr̃e intrĩſecus memorat quia
⁊ ſplendẽtẽ et in circuitu hũc habe
re deſcribit Quid eni lũborũ noĩe
niſi ppago mortalitatis exp̃mit?
Propter qd etiã et leui dicit· q̃a
adhuc in lũbis patris erat cũ mel
chiſedech occurrẽt abrahe De lũ
bis võ abrahe virgo maria exijt
in cui9 vtero vnigenitus patris p
ſpm̃ ſãctũ incarnari dignatus eſt·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ex qua incarnatione vniuerſo mū
do dn̄s inotuit· ſic̄ ⁊ ꝑ pſalmiſtā
dicit· Accīgere gladiū tuū circa fe
mur potētiſſime· Gladiū etenī cir
ca femur potētiſſīe ſūpſit· qꝛ ſermo
p̄dicatiōis illiꝰ ex īcarnatione cō
ualuit· Quis ergo ignis iſte deſigt
niſi ardorē ſpūs ſancti? qui corda
que īpleuerit incēdit? De quo ip
ſa veritas dicit· Ignē veni mittere
in terram· Quid eſt ergo ꝙ in hoc
aſpcū hōmis qui ꝯphe apparuit· a
lūbis ſuperiꝰ itrinſecus ꝑ circuitū
ignis ardet· a lūbis vero īferiꝰ nō
ignis intrinſecꝰ ꝫ in circuitu reſplē
det· niſi ꝙ ante īcarnatioēꝫ vnige
niti redēptoris nō ſola intra ſe iude
a ardorē amoris eius habuit· pꝰ
incarnatioēm vero illiꝰ in circuitu
eiꝰ ignis reſplenduit· qꝛ in vniū
ſo mūdo gentibꝰ claritatē ſcī ſpūs
effudit? Prius ergo ītrinſecus ig
nis erat· ꝫ ſplendor nō erat· quia
ſcūs ſpūs in multis quidē patribus
iudeā repleuit· ꝫ ad noticiā gentiū
necdū lumen eiꝰ emicuerat· A lū
bis vero eiꝰ ⁊ deorſū ignis in circu
itu ſplendet· qa poſtꝙ de virgine
carnē aſſūpſit· in humano genere
longe lateqꝫ ſcī ſpūs dona dilata
uit· Et notādū ꝙ ignis iſte a lū
bis ſuperiꝰ ꝑ circuitū eſſe deſcribit
nō extrīſecus· ꝫ itrīſecus· qꝛ amo
ris flāma vt dictū eſt in eclās atqꝫ
ſpūalibꝰ viris vbiqꝫ in ſuis finibꝫ
iudeā replebat· nec tn̄ exibat extrī
ſecus· qꝛ ſeſe in multitudinē genti
um nō dilatabat· que ardoris flā
ma viſa eſt· poſtmodū in circuitu
reſplendere· qꝛ per mūdi cardines
in vniūſis gentibus· oīpotētis dei a
mor cepit excreſcere· Erat ergo p̄
us ignis intrinſecus cū iacob dice
ret· Salutare tuū expectabo dn̄e
Quod enī ſalutare legimꝰ in latino
hoc verbo hebrayco iheſus dicitur
In quo v̄bo beati iacob mens oſtē
ditur· quō iheſu deſiderio ardebat
quē ſe moriens expectare perhibe
bat· Ardebat ignis· cū moyſes di
ceret· Si iueni grām in ꝯſpcū tuo
oſtende m̄ teipm̄ vt videā te Arde
bat ignis in mente cū dauid dicēt
Sitiuit aīa mea ad deū viuū· qn̄
veniam ⁊ apparebo ante faciē dei?
Qui īcarnationē verbi deſiderās
ait· Oſtende nobis domine miſeri
cordiā tuā· ⁊ ſalutare tuū da nob·
Ardebat ignis cū ſymeon de cor
ruptione vite pn̄tis exire deſiderās
audiuit· nō prius ſe viſurū mortem·
niſi videret xpm̄ domini· Sꝫ cerne
iam ignis iſte quaſi ſb̄ lūbis exte
riꝰ reſplēdet· qꝛ vniūſa gentilitas
incarnati dei eſt amore ſuccenſa·
Quod tn̄ intelligi ⁊ alit̄ poteſt· qui
a redēptor noſter· deus dn̄s ihūs
criſtꝰ· per humanitatē ſuā hōibꝰ
innotuit· qui ꝑ diuitatē notus an
te ⁊ angelis īcarnationē fuit· No
bis ergo a lūbis inferiꝰ reſplendet
in circuitu· cuiꝰ ignis ītrinſecus a
lūbis ſuperiꝰ ardet in celo· qa illi
celeſtes ſpūs cū in diuinitate ſua cō
ſpiciūt· ⁊ amoris eꝰ ignibꝰ accen
dūtur· nos vero q̄ hūc ex aſſūpta

huānitate diligim9 · adhuc in hac
corruptibili vita poſiti ſplēdorem
ignis illi9 foris habem9 Un9 ita
ꝗ ſup thronū eſt · qui et ſup lūbos
ignē intrinſecus habet in angelis
ꝗ ſub lūbis ignē in circuitu hēt in
hoīb9 qꝛ ꝑ oē qd ab āgelis amatꝰ ·
ꝑ oē qd ab hoīb9 deſideratꝰ · vn9 ē
q̄ in cordib9 ardet amātiū Hic eſt
eni ꝯ magne ille ꝑtātes āgelice ·
ſeraphī id eſt incēdiū noīantꝰ Hic
de ipō oīm creatorē ſcriptū ē De9
noſter ignis ꝯſumēs eſt Ignis eī
de9 dicitꝰ · q̄a flāmis amoris ſui in
cēdit mētes quas replet · et idcirco
ſeraphī incēdiū dicitꝰ · qꝛ ꝑtātes ei
ꝓxīe in celis ineſtimabili amoris
ei9 igne ſuccēſe ſūt Ex hoc igne ſuc
cenſa ardēt iterra corda iuſtorū · hoc
igne calefacta redeūt ad penitētiā
corda peccātiū · q̄ inflāmata vehe
menter timorē in amorē vertunt ·
Nā q̄ ꝑus tabeſcere metu ceperant ·
poſtmodū igne amoris flagrant ·
Et quia ei9 mēbra ſūt electi āge
li in celo · ei9 mēbra ſūt ꝯūſi hoīes
in terra Un9 hō eſt q̄ et ſup lūbos
ardet intrīſecus · et ſub lūbis īferi9
ignis ſui ſplēdorē in circuitu emit
tit · q̄a et angelos ad amorē ſuū ꝑ
diuinitatē tenuit · et hoīes ad ſancta
ardoris ſui deſideria ex huānitate
reuocauit Seq̄tur · Velut aſpcm̄
arcus cū fuit in nube in die pluuie
Arcū omp̄s de9 intꝰ ſe atqꝫ hoīes
in ſigno poſuit · vt vltra mūdū di
luuio nō delēt dicēs Arcū meū po
nā in nubib9 et erit ſignū federꝭ itē

me et terrā Cūqꝫ obduxerō nubib9
celū · apparebit arc9 me9 i nubib9 ꝛ
recordabor federis mei qd̄ pepigi vo
biſcū · Vn̄ et in arcu eodē colore aq̄
ꝛ ignis ſimul oſ̄ditꝰ · qꝛ ꝛ ex ꝑte ē
cerule9 ꝛ ex ꝑte rubicūd9 vt vtriuſqꝫ
teſtis iudicij ſit · vni9 videlicet facē
di ꝛ alteri9 facti · ſꝫ iā nō vlteri9 fa
ciēdi · qꝛ mūd9 q̄dē iudicij igne cre
mabitꝰ · ſꝫ aqua iā diluuij n̄ delebi
tur · Quid eſt āt ꝙ ſplēdētē ignē
a lūbis hoīs throno p̄ſidētis · ſicut
aſpcm̄ arc9 cū fuerit in nube in die
pluuie ꝓpha ꝯſpexit? Quia eni ꝑ
ignē vt dcm̄ ē ardor ſpūs ſci deſig
natꝰ · q̄ ſimilitudo arc9 ē ꝛ ſpūs · vt ignis
q̄ apparuit q̄ſi aſpc̄us arc9 appruiſſe
dicetꝰ? Sꝫ ſi ipi quā p̄dixi9 viſioni
arc9 intēdi9 quō arc9 ſigficet ſpm̄
videm9 In arcu q̄ppe ſicut p̄fat9 ſū
aqua ꝛ ignis appꝫ ꝛ poſt media
toris aduētū eo Vtus ſpūs ſci in
huāno gnē claruit · q̄ electos dei ꝛ a
qua babtiſmatꝭ lauit · ꝛ igne diui
amoris incēdit Quaſi eni admix
to colore aq̄ ſimul ꝛ ignis q̄dē ar
cus in nube ad ꝓpiciatioēz ponitꝰ cū
vitas dicit Niſi q̄s renat9 fuit ex a
q̄ ꝛ ſpū ſcō · n̄ pt itroire in regnū dei
Qui arc9 i nube ē i die pluuie · q̄a
i dn̄ica icarnatiōe i effuſiōe p̄dica
tiōis oſ̄ditꝰ · vt ad veniā corda ce
tētiū dn̄o ꝑcte reuocētꝰ Nube eī re
deptoris carnē n̄ icōueniēt accipi
m9 de q̄ ꝑ pſalmiſtā dr̄ Qui ponit
nubē aſcēſū ſuū Nubē q̄ppe aſcēſu
ſuū poſuit · q̄a is q̄ in diuinitate vbi
ꝗ eſt · carne ad celeſtia aſcendit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Expleta vero omni miſtica viſioẽ
ſubiūgiẽ Hic erat aſpãus ſplendo
ꝛꝭ per girũ Que võ interi9 eiuſdẽ
ſã ſpũs gloria maneat·conſiderarẽ
volens·ꝫ ſicut erat nõ valens ſub
iũgit · Et hec viſio ſimilitudinis
glorie domini· Nõ enim ait viſio
glorie ſed ſilitudinis·vt videlicet
oſtendatẽ· qꝛ ꝙ̃talibꝫ ſe intentione
mens hũana tetẽderit· eaã ſi iam
fantaſias ymaginũ corꝑaliũ a co
gitacione cõpeſcat· ſi iam oms cir
cũſcriptos ſpũs ab oculis cordis
amoueat·adhuc tñ in carne mor
tali poſita vidẽ glãm dei ſicut eſt
nõ valet·ꝫ quicq̃d de illa eſt qđ in
mente reſplendet·ſilitudo ꝛ nõ ipã
eſt· Vñ ꝛ ille ꝑdicator q̃ rapt9 ad
terciũ celũ fueãt dicebat Videm9
nũc ꝑ ſpeculũ in enigmate· Qua
in re nõ deſpiciẽda nobis queſtio
oritur · quõ iohes euangeliſta cũ
erga miracula redẽptorꝭ nñi iude
orũ perfidiã·eaã ex verbis ꝓpheti
cis adiũgit dicens·· Hec dicit yſai
as qñ vidit glãm eius· ꝛ locutus
eſt de eo· Et ſi ezechiel nõ gloriã
ꝫ glorie ſilitudinẽ vidit· quid eſt
ꝙ iſte ſimilitudinẽ glẽ· ꝛ ille eius
glãm vidiſſe deſcribit· Sed cum
iohes euãgeliſta ꝑus miracula re
demptoris nñi narrauit· atqꝫ infi
delitatẽ poſtmodũ iudeorꝫ ſbdidit
hanc eiuſdẽ redemptoris nñi glãm
que in mũdo apparuit·yſaiã vidiſ
ſe manifeſtat Dẽ eni qđ in tr̃a mi
rũ dimit9 agiẽ·glã oĩpotẽtꝭ dei eſt
ꝛ eius glã in oĩbus factis videẽ·

Yſaias ergo glãm ei9 in terra vi
dit·ezechiel vero ei9 glãm ſicut in
celo eſt videre nõ potuit· qꝛ aliter
eſt gloria ei9 in rebus factis· atqꝫ
aliter in ſemetipõ· Hec ergo eius
gloria q̃ in rebus eſt videri poteſt·
illa vero que in ipõ eſt videri modo
niſi per ſimilitudinẽ nõ poteſt Sꝫ
eandẽ ſilitudinẽ glorie·vl' ſi ſuble
uatus portare ꝓpheta potuerit ag
noſcam9· Sequit· Et vidi ꝛ ceci
di in faciem meã· Quid ergo de
hoc fieret·ſi ita vt eſt ei9 glãm vi
diſſꝫ· qui ſimilitudinẽ glẽ illi9 vi
dens·ſed ferre nõ valens cecidit·
Qua in re cũ magno merore pen
ſare ꝛ ꝯſiderare cũ lacrimis debe9
in quãtã miſeriã ꝛ infirmitatẽ ceci
dimus· qui et ipm̃ bonũ ferre non
poſſum9 ad quod videndũ creati ſu
mus· Eſt tamen ꝛ aliud quod de
ꝓphe facto conſiderem9 in nobis·
Propha mox vt glẽ ſimilitudinẽ
vidit in faciem cecidit·cui9 ſimilitu
dinẽ glorie qꝛ nos per ſpm̃ ꝓphie
videre nõ poſſumus·hanc aſſidue
cognoſcere ꝛ ſolliate conteplari in
ſacro eloquio·in celeſtib9 monitis
in ꝑceptꝭ ſpũalib9 debemus Qui
cũ aliquid de deo ꝯſpicim9·in faci
em nr̃am cadimus· qꝛ ex malis e
rubeſcim9· q̃ nos memim9 perpe
traſſe· Ibi eni cadit hõ· vbi ꝯfudi
tur Vñ ꝛ paul9 quaſi quibuſdã in
facie iacẽtibus dicebat· Que enim
fructũ habuiſtis tũc in illis· in qui
bus nũc erubeſcitis· Ecce celeſtis
gracie dono largiente obuolutum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

muſterijs libri iniciū in ezechiele
ꝓpheta diſcuſſimus. et dicta miſtica
moraliter diſſerentes. volante pro
phecia theoriā ad terras traximꝰ
vt qui prius puulorū aīas michi
q̄ſi ſimiliū velabāt. ſed nō leuabāt.
iam nunc ab eis legāt et cognoſ
catur. et volet et leuet. Agamꝰ er
go gracias redēptori noſtro. q̄ ſpū
ali ſemꝑ alimēto nos r̄fiat. q̄a pa
nis viuꝰ deſcēdit de celo et dat vi
tā mūdo. q̄ viuit ⁊ regnat cū patre
in vnitate ſpūs ſancti deꝰ ꝑ omni
a ſecula ſeculorū amē ¶ Explicit
omelia viij. Incipit omelia ix.

INtriaū libri in ezechie
le ꝓpheta magnis ob
ſcuritatibus clauſū. et
q̄buſdā miſteriorū no
dis ligatū. in omelijs octo deo do
mino nrō ihū xp̄o largiēte diſcuſ
ſimꝰ. iā nūc planiora ſūt et minꝰ
difficilia q̄ ſequūt. Caritati itaq̄
vr̄e colloq̄mur. eidē oīpotenti deo
grās referētes. q̄a ptꝰ opaca ſilua
rū tādē leti ad cāpos exiuimꝰ in q̄
bꝰ liberis greſſibꝰ locutiōis nr̄e in
trepidū pedē ponamꝰ Ecce enī pꝰ
q̄ꝫ ꝓpheta ſilitudinē glē dn̄i ꝯtēpla
tus in faciē ſuā cecidit adiūgit Et
audiui vocē loquētꝫ ⁊ dixit ad me
Fili hōis ſta ſuꝑ pedes tuos et lo
quar tecū Ubi adhuc ſubdit Et i
greſſus eſt in me ſpūs poſtq̄ꝫ locu
tus eſt m̄. et ſtatuit me ſuꝑ pedes
meos Ecce dīna vox iacēti ꝓphe
iuſſit vt ſurgeret. ſꝫ ſurgē oīo non
poſſꝫ. niſi in hūc oīpotēs dei ſpūs

intraſſꝫ. q̄a ex oīpotētꝫ dei grā ad
bona q̄dē opa conari poſſuꝰ. ſꝫ hec
īplere nō poſſuꝰ ſi ipē nō adiuuat
q̄ iubet. Hic paulꝰ cū diſcipulos
admonēt dicēs cū metu et tremo
re veſtrā ſalutē opamini. illico q̄s ī
eis hec ipā bona opacē. adiūxit
dicēs Deꝰ eſt enī q̄ opaē in vobis
et velle et ꝑficere ꝑ bonā volūtatē.
Hinc eſt q̄ ipſa veritas diſcipulis
dicit Sī̄ me nichil poteſtis facere
Sed in hijs ꝯſiderādū eſt. q̄a ſi bo
na nrā ſic oīpotētꝫ dei dona ſūt. vt
in eis aliq̄d noſtrū nō ſit. cur nos
quaſi ꝓ meritis eternā retributio
nē q̄rimꝰ? Si aūt ita nrā ſunt vt
dona oīpotētꝫ dei n̄ ſint. cur ex eis
deo oīpotēti grās agimꝰ? Sꝫ ſci
endū eſt. q̄a mala nrā ſolūmō nrā
ſunt. bona aūt nrā et oīpotētꝫ dei
ſūt ⁊ noſtra. q̄a ipē aſpirādo nos
p̄uenit vt velimꝰ. q̄ adiuuādo ſub
ſequitur. ne inaniter velimus. ſed
poſſimꝰ īplere q̄ volumꝰ Preueni
ēte ergo grā ⁊ ſubſequēte bona vo
lūtate. hoc q̄d oīpotentis dei donū
eſt. fit meritū noſtrū Qd bene pau
lꝰ breui ſententia explicat dicens
Plus illis omnibꝰ laboraui Qui
ne videretē ſue ꝟtuti tribuiſſe q̄d
fecerat adiūxit Non aūt ego. ſed
grā dei mecū. Quia enī celeſti do
no p̄uētus eſt. q̄ſi alienū ſe a bono
ope agnouit dicēs nō āt ego Sꝫ
q̄a p̄ueniens grā liberū in eo arbi
triū fecerat in bono. q̄d libero arbi
trio eandē graciā eſt ſubſecutus in
ope. adiūxit. ſed gracia dei mecū.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ac ſi diceret· In bono ope labora
ui·nō ego·ſ; ꝛ ego· In eo enī ꝙ ſo
lo domini dono ꝓuenꝰ ſū·nō ego
in eo aūt ꝙ donū volūtate ſubſecu
tus ſū ꝛ ego· Hijs igiꝣ breuiter
ꝯtra pelagiū ꝛ celeſtinū dictis·ad
ordinē exponendi redeamus· Fili
hōis ſta ſuper pedes tuos· ꝛ lo
quar tecū· Notādus eſt nobis or
do locutiōis ꝛ operꝭ·q2 ꝑus ſilētu
do glē domini apparet vt deiciat·
poſtmodū alloquiꝣ vt alleuet·de
inde ſuꝑhabūdātis grē ſpm mittit
ꝛ leuat·ac ſuꝑ pedes ſtatuit· Ni
ſi eni aliquid de eternitate in men
te videremus·nunꝙ̄ in faciē nrām
penitēdo caderemus· Sed iam iacē
tes vox domini ꝯſolatur nos·ut in
ope ſurgamꝰ·qđ tn̄ nos facē nrā
virtute nō poſſumus Ipſius ergo
nos ſpūs iplet ꝛ leuat· ꝛ ſuꝑ pe
des nrōs ſtatuit·vt qui ꝓni in pe
nitēcia ꝓ culpa iacuimus·recti poſt
modū in bono opere ſtemꝰ· Sed
ſtans ꝓpha quid audierit adiūgit
dicens· Et audiui loquētē ad me
ꝛ dicentē· Fili hōis mitto ego te
ad filios iſtꝉ·ad gentes apoſtatri
ces q̄ receſſerūt a me Hic ꝓpheta
deſcribit ſua vt ſignificet nrā· Nā
q̄d eſt hoc qđ ei iacēti dr̄·ſta ſuꝑ pe
des tuos· ꝛ loquar tecū· Qui eni
iacēti loquebaꝣ·tñc nō ſe niſi ſtāti
promittit eſſe locuturū· Sed ſciē
dū eſt·q2 alia ſūt que iacētes· ali
a que ſtantes audire debeamus·
Iacenti eni dicꝣ vt ſurgat· ſtanti
aūt ꝑcipitur· vt ad ꝑdicationē ꝓ
ficiſci debeat· Adhuc eni nobis in
infirmitatꝭ ꝯfuſione iacētibꝰ ꝓberi
nō debet autoritas ꝑdicationis·
Sed cū iā in bono ope ſurgimus
cū iā recti ſtare cepimꝰ·dignū eſt
ad lucrādos alios ut in ꝑdicacōe
mitti debeamꝰ· Stans ergo pro
pha vidit viſionē ſpūalē ꝛ cecidit
cadēs vero ita admonitiōis verba
ſuſcepit vt ſurgeret·ſurgens autē
ꝑceptū audiuit ut ꝑdicarē· Nam
qui adhuc ex ſuꝑbie vertice ſtamꝰ
cū iam de eternitatꝭ timore aliq̄d
ſentire cepimꝰ· dignū eſt vt ad
penitentiā cadamus Et cū infirmi
tatē nrām ſubtiliꝣ ꝯgnoſcentes hu
militer iacemus· per diui verbi cō
ſolationē ſurgere ad fortia opa iu
bemur Et cū iam in bonorū ſolidi
tate perſiſtimꝰ·neceſſe eſt ut unde
noſmetipſos correximus·inde iam
ꝑdicātes alios leuemus· Iacenti
ergo nō ꝑcipiꝣ vt ad ꝑdicatiōem
pergat·ne īfirmus quiſ; hoc qđ v̄
bo edificare poteſt·opere deſtruat·
Unde quoq; rcē per pſalmiſtā dici
tur· Eduxit me de lacu miſerie· ꝛ
de luto fecis ꝛ ſtatuit ſuꝑ petrā pe
des meos· ꝛ direxit greſſus meos
ꝛ immiſit in os meū canticū nouū
ẏmnū deo nrō· Prius enim de luto
prauitatꝭ educiꝣ·vt eiꝰ pedes per
fidē in petra ſolidētur· Sed q2 rec
tā fidē recta ſubſequi debet opacio·
greſſus eius directi ſūt· vt poſt di
rectiōez greſſuū id eſt poſt perfectio
nē boni operꝭ in ore acciperet·cāa
canticū nouū predicationis· Hic

ſaulus dū damaſcū ſup̄bꝰ pgeret·
celeſtis vocis terrore proſtratus iacuit· ⁊
qui p̄dicator futurus erat · nō tn̄
mox vt p̄dicaret qđ viderat audi
uit· ſed ei iacenti dicitur· Ingredē ci
uitatē· et dicet̄ tibi q̄d te oporteat
facere Iacēs g̊ hic ſolū audiē potu
it· vt ſurgēs diſceret qđ audierat·
ſurgens vero hic didicit · vt q̄ cog
nouerat p̄dicaret· Sed q̄rēdū no
bis eſt· cur ezechiel ⁊ paulus in fa
ciē cadūt· et de aſcēſore equi id eſt
de eo q̄ in huiꝰ mūdi gloria eleua
tus eſt dicit̄· vt cadat aſcēſor eiꝰ re
tro Rurſūq; de pſecutoribꝰ dn̄i dic
tū eſt· abierūt retrorſū et ceciderūt
in terrā· Quid eſt hoc ꝙ electi i fa
ciē· et reprobi retrorſū cadūt· niſi ꝙ
omnis qui poſt ſe cadit· ibi procul
dubio cadit vbi non videt· qui ve
ro ante ſe ceciderit ibi cecidit vbi vi
dit? Iniqui ergo quia in inuiſibili
bꝰ cadūt poſt ſe cadere dicūtur q2
ibi corruūt· vbi q̄d eos tūc ſequat̄
modo vidē nō poſſūt Iuſti vero q2
in iſtis viſibilibꝰ ſemetipſos ſpōte
deiciūt vt i inuiſibilibꝰ erigantur
quaſi in faciē cadūt · q2 timore cō
pūcti videntes humiliant̄ Notandū
vō qđ dicit̄ mitto ego te ad filios
iſrael ad gentes apoſtatrices q̄ re
ceſſerūt a me Sicut eni duobus
modis a deo recedit̄ · ita duobus
modis a deo apoſtate hoīes fiunt
Nā vnuſq̄ſq; a cōditore ſuo ꝗ̄ fide
recedit aut ope Sicut ergo q̄ fide
recedit apoſtata eſt· ita q̄ ad puer
ſū opꝰ qđ deſeruerat redit ab oī

potente deo apoſtata abſq; vlla du
bietate deputatur etiā ſi fidē habe
re videatur · Vnū eni ſine altero
prodeſſe nil valet· quia nec fides
ſine operibꝰ nec op̄a adiuuant ſi
ne fide · niſi fortaſſe pro fide perci
pienda fiant ſicut cornelius ante
pro bonis operibꝰ meruit audire
ꝙ̄ fidelis exiſteret Qua ex re colli
gitur· quia bona opera ꝑ fide per
cipienda faciebat Nā cui ab ange
lo dicitur oraciones tue et elemo
ſine tue aſcenderūt in memoriam
in cōſpectu dei · et mox ꝑ eadē aſ
cēſione p̄cipitur· vt ad ſymonem
mittat· q̄ ei veniens p̄dicarē debe
at· cōſtat q̄a hec percipit· vñ meruit
exaudiri Sequitur Patres eorū
p̄uaricati ſunt pactū meū vſq; ad
diē hanc · et filij dura facie et indo
mabili corde ſunt · ad quos ego
mitto te Ecce vna eſt culpa ſupbi
e quia p̄uaricati ſunt pactū · ecce
altera obſtinatiōis q2 vſq; ad hāc
diē Ecce in iniq̄tate filiorū culpa
grauis impudentie· q2 dura facie·
qm̄ mala que faciūt iā nec erubeſ
cūt et nūq̄ vel poſt culpas ad peni
tenciam redeunt quia indomabili
corde ſunt · Cum vero tante pra
uitatis tanteq; obſtinationis ſint
hij ad quos propheta mittitur·
quis iā non videat· quia perſona
prophete a tam peruerſis homini
bus deſpici valeat? Sed ecce auc
toritas tribuitur cum ſubditur·
Et dices ad eos· Hec dicit domi
nus deus· Ac ſi aperte diceretur·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quia ex te deſpiciet̄· ex me a uo
ce neceſſe eſt ut loquaris· Ne con
tēpnat̄ ipē q̄ mitteris· verba mea
pferēs oſtende q̄ miſit· Sequitur
Si forte vł ipſi audiant· et ſi for
te quieſcant· qꝛ domus exaſperās
eſt· Dū conſtet qꝛ omipotēs deus
oīa ſciat· mirādū valde eſt cur d̄ꝛ·
ſi forte audiant· ⁊ ſi forte quieſcāt
Qua ꝓpter ſciendū nobis eſt· qꝛ
a iſta dubitatio locutionis dei· nō
ex ignorantia· ſ; ex aliqua ſignifi
catione deſcendit· Nam quis ne
ſciat⁊ ꝙ qui fecit ⁊ videt oīa omīa
ſciat? Et per ſemetipām veritas in
euangelio de antixp̄i predicatori
bus dicit· Dabūt ſigna magna ⁊
ꝓdigia· ita ut in errorē inducātur
ſi fieri poteſt etiam electi· Cur hoc
etiam ſub dubitatione dicit̄· cū q̄d
futurū ſit a dnō p̄ſciatur? Vnū ve
ro ex duobus eſt· qꝛ ſi elā ſūt fieri
nō poteſt· ſi aūt fieri poteſt elā nō
ſūt· Et tn̄ dicit̄· ut in errorē indu
cant̄· ſi fieri poteſt etiam elā· Iſta
ergo dubitatio dnīa ſermonis ex
elōꝝ cordib9 deſignatio tēptatio
nis fuit· qꝛ qui elā ad perſiſtendū·
per ſigna p̄dicatoꝝ antixp̄i tēpta
bunt̄ ad cadēdū· Per hoc ergo q̄d
dicit̄ ſi fieri poteſt hoc exp̄mitur· ꝙ
elā in corde tēptabūtur· Nutant
enim· ſ; nō cadunt· Dicit̄ ergo ſi
fieri poteſt· qꝛ trepidant· ⁊ tn̄ dicū
tur elā qꝛ non cadūt· Dubitatio i
taqꝫ ſermonis a dn̄o in elāc· exp̄
mit trepidationē mentis· Quos
⁊ elōs nominat· qꝛ cernit ꝙ in fi

de ⁊ bono opere perſiſtant· Vnde
hic quoqꝫ dicit̄· ſi forte audiāt· ⁊ ſi
forte quieſcant· Per hoc eni q̄d di
citur ſi forte· qꝛ ex magna multi
tudine pauci audituri ſīt demōſtrat̄
Per dubitatioēm ergo ſermonū
dei· quid ſignificat̄ aliud· niſi pau
citas auditorū? Notandū vero ꝙ
poſtꝙ̄ mala parētū defūctorū dixe
rat mittēs ꝓphaꝫ ad filios dicit·
ſi forte ł ipſi audiāt· ⁊ ſi forte qui
eſcant Quid eſt dicere vł ipſi· niſi
qꝛ eoꝝ patres qui in culpa defūcti
ſūt audire noluerūt? Penſem9 er
go q̄ vt9 ſit in hoc dnīa ſermoīs
defectu· ut dicat ſi forte vł ipſi au
diant· Nobis hoc nob̄ apte dicit̄·
qui afflicti· obſeſſi cōcluſi omnia q̄
in hoc mūdo bona habuim9 perdi
dim9 vrbes ciuitas· euerſa caſtra·
depopulatos agros· ſuffoſſas ec
cleſias vidim9· ⁊ tn̄ adhuc paren
tes nrōs ad iniq̄tates ſeq̄mur· ab
eoꝝ elatione quā vidim9 non mu
tamur· Et illi quidē int̄ gaudia·
nos vero q̄d eſt grauius ⁊ inter fla
gella peccam9 Sed ecce oīpotēs
deus iniq̄tates iudicās· iam prio
res nrōs abſtulit· iam ad iudiciū
vocauit· nos adhuc ad penitentiā
expectat· nos ad reuertendū ſuſti
net· ⁊ qui in illis iam iudiciū exer
cuit nobis ſue patientie lōganimi
tatē p̄rogat· ne cū nrīs nos prio
ribus perdat dicens· ſi forte vel ip
ſi audiant· ⁊ ſi forte quieſcant· qꝛ
a dom9 exaſperās eſt· Omnis aīa
etiam poſt acceptā fidē in ꝑuſitate

ſua aut ꝑmanēs aut reuertēs do
m9 exaſperās vocat· q̄a eū quē ꝑ
fidē ſuſceꝑat prauis morib9 repel
lit a ſe habitatorē deū· Nā dom9 i
habitatur a dn̄o· Si ergo domus
quare exaſperās? Si vero exaſpe
rās quare dom9· q̄ vtiq3 nō inhabi
tat? Sed dom9· q̄a in ea de9 ꝑ fi
dē habitare ceꝑat· exaſperās vero
eſt· q̄a ab ea prauis morib9 repul
ſus exit vt vacua remaneat· quā p̄
us celeſtis inhabitator replebat·
Vn̄ etiā ſicut veritatis voce cognoui
m9 neq̄ſſim9 ſpūs cū ſeptē alijs re
diens domū ſcopis mūdatā inuenit
q̄a mentē a v̄tutib9 alienā replet
Seq̄tur· Et ſcient q̄a ꝓpha fuerit
in medio eorū· Malis ſcire bonos
aut ad adiutoriū ſalutis ꝓficere·
ā ad teſtimoniū dāpnationis ſolet
Dicāt ergo q̄a in medio eorū ꝓpha
fuerit· vt audita p̄dicatiōe aut ad
iuuētur vt ſurgant· aut ſic dāp
nent vt excuſatione careant· Se
quitur· Tu ergo fili hominis ne
timeas eos· neq3 ſermones eorū
metuas· quoniā icreduli et ſubuer
ſores ſūt tecū· et cū ſcorpionib9 ha
bitas· Patet ad quā ꝑuerſos in p̄
dicatione mittitur· qui ne timeat
admonetur· Et quia praui quiq3
bona ſibi loquētib9 alia iniqua fa
ciunt· et adhuc alia minātur ꝓpt
illa q̄ faciūt dicit· ne timeas eos·
et ꝓpt hec q̄ minātur adiūgit· neq3
ſermones eorū metuas· Vel certe
quia reprobi et mala bonis inge
runt· et eorū ſemꝑ actib9 derogāt·

ꝓpha miſſus admonet· ne eorū
vel crudelitatē metuat· vel v̄ba ꝑ
timeſcat· In hec itaq3 q̄ dicit ne
timeas ꝓphete datur auctoritas
p̄dicationis· Et q̄a oēs qui in de
o viuim9 organa veritatis ſum9
vt ſepe per aliū michi· ſepe vero a
lij loquatur ꝑ me· ſic nobis boni
v̄bi ineſſe auctoritas debet vt is
q̄ p̄eſt dicat recta libere· et is qui
ſubeſt inferre bona humiliter nō re
cuſet· Bonū ei qd̄ maiori a mino
re dicit tūc v̄e bonū ē ſi humiliter di
catur· Nā ſi rācudo ſentiēdi humili
tatē loquēdi ꝑdiderit· radicē ſenſ9
ī ramo ligue viciauit· qd̄ videlicet
viciū iā non ex ramo ſed ex radice
eſt· quia niſi cor intumeſceret lin
gua minime ſuperbiret· Ineſſe
ergo ad loquēdū p̄ori humilis auc
toritas· ineſſe aūt minori libera hu
militas debet· Sed ſepe in his
ipē loquēdi ordo cōfūditur· ſicut et
lōge ſuꝑi9 diximus· nā aliq̄n q̄s ꝑ
timorē elationis loq̄tur· et loqui
ſe ꝑ auctoritatē libertatis exiſtimat
et aliq̄n ali9 per ſtultiae timorē ta
cet· et tacere ſe ꝑ humilitatē putat
Ille locū ſui regiminis attendens
nō metitur ſenſum tumoris iſte· lo
cum ſue ſubiectionis conſiderans·
timet dicere bona que ſentit· et ig
norat q̄ntum caritati reus efficitur
tacendo· Hic vero ſub auctoritate
ſuperbia· et humanus timor ſub
humilitate ſe palliat· vt ſepe nec
ille valeat conſiderare quid deo·
nec iſte quid debeat ꝓximo·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nam ille eos quí ſibi ſubiecti ſūt
cōſpiat · ⁊ ei cui oēs ſubiacēt nō itē
dit ī elatiōe attollit̄ · ⁊ de elatiōe
ſua velut de autoritate gloriatur ·
iſte vō nōnūq̄ dū timet ne maior̄
grām amittat · atq; per hoc aliq̄d
tēporalis dāpni ſuſtineat · recta que
intelligit occultat · atq; apud ſe ta
citus ipm̄ timorem quo cōſtringit̄
humilitatē nominat · ſ; eū cui nil
vult dicere tacendo in cogitatione
dijudicat · fitq; vt vnde ſe huilem
exiſtimat · inde grauiꝰ ſit ſuperbꝰ
Diſcernenda ergo ſemꝑ ſūt liber
tas ⁊ ſuperbia · huilitas ⁊ timor ·
ne aut timor huilitatē · aut ſe ſuper
bia libertatē fingat · Ezechiel ita
q; qꝛ non ſolū populo · ſed etiam ſe
nioribꝰ loqui mittebatur · ne īcau
tum timorem humilitatē crederet
vt timere non debeat admonetur
dū dicitur ne timeas eos · Ac ne
forte derogatiōis eoꝝ verba per
timeſcat · adiūgitur · Neq; ſermo
nes eoꝝ metuas · Cur autem lin
guas derogantiū timere nō debe
at · etiam cauſa ſubiūgit̄ · cū proti
nꝰ ſubīfertur Qm̄ increduli ⁊ ſub
uerſores ſūt tecū · ⁊ cū ſcorpionibꝫ
habitas · Timendi enī eſſēt hij
quibꝰ loqui mittebat̄ · ſi in fide ⁊
ope deo oīpotēti placuiſſent Qui
a aūt increduli ſunt ⁊ ſbuerſores
in ſermonibus ſuis derogantes ti
mēdi n̄ ſūt · qꝛ ſtultū valde ē · ſi il
lis placere querimꝰ · quos nō pla
cere dn̄o ſcimus · Debēt aūt habe
ri in metu et reuerētia iudicia iuſto

rū · quia membra oīpotent̄ dei ſūt
⁊ hoc ipſi in terra reꝑhendunt · qd̄
dn̄s redarguit e celo · Nam perū
ſoꝝ derogatio vite nr̄e approbati
o eſt · qꝛ oſtendit̄ iam nos aliquid
iuſticie habere · ſi illis diſplicere īci
pimꝰ qui nō placent deo · Nemo
etenī poteſt ī vna eadēq; re oīpotē
ti dn̄o atq; eius hoſtibus gratus
exiſtere · Nam deo ſe amicū dene
gat · qui eꝰ placet inimico · Et ini
mic̄ veritat̄ aduerſabitur · qui ei
dē veritati in mente ſubiugat̄ Vn
de ſancti viri in vocis libere īcrepa
tione ſuccenſi · eos ad ſua odia exci
tare non metuūt · quos non deum
diligere cognoſcūt · Qd̄ ꝓpha ar
dent̄ exhibēs · creatori oīm quaſi
in munere obtulit dicens · Nonne
qui oderāt te deus oderā illos ⁊ et
ſuper inimicos tuos tabeſcebam
Perfecto odio oderā illos ⁊ īimi
ci facti ſunt m̄ · Ac ſi aperte dicat ·
Penſa q̄ntum te diligo · qui tuorū
hoſtiū excitare ꝯtra me inimicicias
nō ꝑtimeſco Hinc rurſū dicit Qui
retribuebāt mala ꝓ bonis detrahe
bāt m̄ · qm̄ ſbſequtꝰ ſū iuſticiā Bonū
valde eſt qd̄ iuſtus tribuit · qn̄ ma
le agentibꝰ · libera voce cōtradicit
Sed perūſi mala ꝓ bonis retribu
unt cū iuſtis derogant · qꝛ ꝯ eos
iuſticie defenſionē ſeruant · Non e
nim iuſti humana iudicia ſ; eterni
iudicis examen aſpiciūt · atq; ideo
derogantiū v̄ba ꝯtempnūt · Hinc
etenim derogantibus corinthijs
paulus dicebat · Michi autem pro

minimo ē vt a vobis iudicer. aut
ab humano die. Qui nec in corde ſu
o vnde ſe reprehendere potuiſſet inue
niens adiungit. Sed neq; meipſū
iudico. Videns aūt quia ei ad ꝑ
fectionē ſanctitatis nec ſuū iudiciū
ſufficeret. ſubdidit. Sz nō i hoc iuſ
tificatus ſū. Cur vero nec ſibimet
ipi de ſemetipō credidit. cauſā red
didit cū ſubiungit. Qui aūt iudicat
me dominus eſt. Ac ſi apte dicat.
Nec meo de me iudicio credendū
exiſtimo. quia ille me iudicat. cu
ius ego iudiciū n̄ ꝯphēdo. Hic et ei
beatus iob cū ꝑ amicoꝝ derogan
tiū linguas inter dolores vulnerū
pateretur iacula verboꝝ cogitatio
ne ꝓtinus ad ꝯſcientiā recurrit.
atq; vbi mentem ſolidā haberet aſ
pexit. dicens. Ecce enim in celo teſ
tis me9. et ꝯſcius me9 in excelſis.
Qui etiam ſubdidit. Verboſi ami
ci mei ad deum ſtillat oculus me9.
In oē eni qd de nobis dicit̄ ſꝑ taci
ti ad mētē currere debem9 itrioꝛē
teſtē ⁊ iudicē ꝗrere. Quid ei ꝓdeſt
ſi oēs laudēt cū ꝯſcientia accuſet?
Aut qd poterit obeſſe. ſi oēs nobis
derogent. ⁊ ſola nos ꝯſcia defen
dat? Beat9 ḡ iob int̄ linguas de
rogātiū inflexa mēte ꝑſiſtēs. qa i
terra ſe ipugnari falſis ſmonib9 vi
dit. in celo teſtem ꝗſiuit. Hinc pſa
ias ait. Popule me9 q beatificāt
te ipi te decipiūt. et viā greſſuū tu
oꝝ diſſipant. Qui videlicet popu
lus ne verba ſue laudis attēderet
⁊ in culpis alti9 ꝓrueret. ſtatim redi

citur quē aſpiciat. cui9 iudiciū ꝑti
meſcat cū ſubdit̄. Stat ad iudicā
dū dn̄s. ⁊ ſtat ad iudicādos ꝓplos.
Ac ſi apte dicat̄. Iudicia humana
cur ſeqris. q ſtare ſup te celeſtē iu
dicē ſcis. Hic ē q iohānē baptiſtā
vitas eē arūdinē vēto agitatā ne
gat. dicēs. Quid exiſtis vidē i de
ſerto? Arūdinē vēto agitatā? Qd
qa negādo dixerit n̄ affirmādo ſꝫ
iūcta ꝟba teſtāt̄. Ait ei. Sz qd ex
iſtis videē i deſerto? Hoiem molli
b9 veſtitū? Ecce q mollib9 veſtiūt̄
in domib9 regū ſūt. Arūdo aūt vēto
agitata mō flatib9 erigit̄. mō flati
b9 iclinat̄. Oīs āt infirm9 aīm9 q
vel derogatioē deiat̄. l' laudib9 ex
altat̄ arūdo vento agitata eſt. Qd
iohēs n̄ erāt. qa inflexibilē mēte ꝟ
ticē int̄ laudes hoim ⁊ derogatio
nes tenebat. Sz magna inqſitioē
res idiget. cū recti opis viā tem9.
vtrū ſemꝑ deſpicere derogantiū ꝟ
ba debea9 an certe aliqn ꝯpeſcere.
De q re ſciēdū ē. qz liguas detra
hētiū ſicut nrō ſtudio nō dēm9 ex
citarē. ne ipi ꝑeant. ita ꝑ ſuā mali
ciā excitatas dēm9 eqnimit̄ tole
rarē vt meitū nobis creſcat. aliqn
aūt ꝯpeſcē ne dū de nob mala diſ
ſemināt. eoꝝ q audire nos ad bo
na poterant corda inocentiū corrū
pāt. Hic eteni ē q iohēs obtrecta
tois ſui linguā redarguit dicēs. Is
q amat ꝓmatū gerere in eis diotre
pes nō recipit nos. Propt̄ h ſi ve
nero ꝯmoneā ei9 opera que facit.
ꝟbis malignis garriens in nos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hinc paulus iterū detrahentibus
corinthijs loquit̃ dicēs. Epiſtole
inquiūt graues ſūt ꝛ fortes. p̄ntia
aūt corporis infirma. ꝛ ſermo con
tēptibil'. Hoc cogitet qui eiuſmo
di eſt. qꝛ quales ſumus verbo per
epiſtolas abſentes. tales ꝛ p̄ſen
tes in ope. Hij etenī quorū vita
in exēplū ymitationis eſt poſita.
debēt ſi poſſūt detrahentiū ſibi v̓
ba ꝯpeſcere. ne eorū predicationē
nō audiant. qui audire poterāt. et
in prauis moribꝫ remanentes be
ne viuere contēpnant. Sed hac in
re ſubtili īquiſitione neceſſe eſt. vt
ſemetipſū aīmus īueſtiget. ne for
taſſe ſue laudis glām querat. et a
nimarū lucra ſe querē nrā cogita
tio ſimilet. Sepe etenim ſui nomi
nis laude aīmus paſcitur. ꝛ quaſi
ſub obtentu lucrorū ſpūaliū cū de
ſe bona dicī ꝯgnouerit letatur. Et
ſepe glorie ſue defenſione ꝯtra de
trahētes iraſcitur. ꝛ fingit ſil' imet
ꝗ hoc ex eoꝝ zelo faciat. quorum
corda a bono itinere detrahentis
ſermo perturbat. Illi ergo debēt
magnopē curare ne ꝗ̃ eoꝝ opinio
nē detrahentiū verba p̄ualeant.
qui ſuam ꝯſciām ſubtilit̓ diſcucien
tes. ſe in ea īueniūt de amore p̄ua
te glē nil habē. Hinc eſt enī ꝗ iuſ
ti atqꝫ perfecti aliqñ v̓tutes ſuas
p̄dicant. bona que diuinitus accepe
runt narrāt. nō vt ipſi apud homi
nes ſua oſtenſione ꝓficiant. ſed vt
eos quibus p̄dicant exemplo ſuo
ad vitā trahant. Vnde paulus a

poſtolꝰ quociens fuſtib' ꝰ ceſus. quo
ciēs lapidatus. quociens naufragi
um pertulit. quāta ꝓ veritate ſuſti
nuit. ꝗ ad terciū celū raptus. ꝗ in
paradiſū ductus ſit corinthijs nar
rat. vt eoꝝ ſenſū a falſis p̄dicato
ribus auertat. et de ſe inoteſceret
qualis eſſꝫ. illi eis vileſcerēt. quos
ab eis cognouerat iniq̄ venerari.
Qd perfecti cū faciūt id eſt cū vir
tutes ꝓprias loquūtur. in hoc quo
qꝫ dei oīpotētis ymitatores ſunt.
qui laudes ſuas hoīb' ꝰ loquitur
vt ab hoīb' ꝰ cognoſcat. Nā cū
per ſcripturā ſuā predicat dicens.
laudet te alienꝰ ꝛ non os tuum.
quō facit ipē qđ prohibet? Sed ſi
v̓tutes ſuas oīpotēs dñs tacēt. e
um nullus agnoſceret. Si cū nul
lus agnoſceret. nullꝰ amaret. Si
nullus amaret. nullꝰ ad vitā redi
ret. Vnde ꝛ per pſalmiſtā de deo
dicitur. Virtutē operū ſuoꝝ annū
ciabit populo ſuo. vt det illis here
ditatē gentiū. Virtutes ergo ſu
as adnūciat. non vt laudibꝰ ſuis
ipē ꝓficiat. ſed vt hij qui hunc ex
ſua laude cognouerint ad ꝑpetuā
hereditatē viuant. Iuſti itaqꝫ atqꝫ
perfecti nō ſolū cū vituperationis
ſue verba rep̄hendūt. ſed eciam cū
virtutes quas habēt infirmis lo
quūtur. rep̄henſibiles nō ſunt. qꝛ
per ſuam vitā quā referūt. alioꝝ
aīas ad vitā querūt. De quibus
tamen ſciendū eſt. qꝛ nunꝗ̃ bona
ſua detegunt. niſi eos vt dixi. aut
ꝓximoꝝ vtilitas. aut certe nimia

neceſſitas cogat Vn̄ paul9 aplūs
cū v̄tutes ſuas corinthijs enume
raſſet adiūxit. Factꝰ ſū inſipiens
vos me coegiſtis Fit vō aliquā do
vt nc̄citate cōpulſi. in bonis q̄ de ſe
referūt. nō alioꝝ vtilitatē ſed ſuā
req̄rāt. ſicut beatꝰ iob facta ſua e
numerat dicēs Oculus fui ceco. ⁊
pes claudo. pater erā paupꝫ. ⁊ cau
ſā quā neſciebā diligētiſſiē inueſti
gabā. ⁊ multa alia. q̄ ſe pie egiſſe
ꝯmemorat. Hꝫ quia i vulnē dolo
ris poſitꝰ ab amicꝫ increpātibꝰ ipi
e egiſſe. ⁊ violētꝰ ꝓximus atqꝫ op
p̄ſſor paupꝫ fuiſſe dicebat̄. vbi ſāc
tus mē dei flagella ⁊ huāne irre
pationis v̄ba dep̄hensus. mētē ſuā
grauit̄ ꝯcuti. atqꝫ ad deſperatiōis
foueā ꝯſperit ipelli Qui iāiāqꝫ ca
dere poterat. niſi ad memoriā ſua
bn̄facta reuocaſſꝫ vt ad ſpē aīm re
duceret ne opp̄ſſus v̄bis ⁊ vulne
ribꝰ in deſperatioē piret Qꝫ ergo
bona ſua enumerat nō innoteſcē a
lijs quaſi ex laude deſiderat. ſꝫ ad
ſpē aīm reformat Juſti itaqꝫ ſicut
ſine arrogātia loquūt̄ aliqn̄ bona
q̄ agūt. ita ſine zelo p̄uate glē de
trahētiū ſibi linguas redarguūt. q̄
a noxia loquūtur Cū vō lingue
derogātiū corrigi neq̄unt. equani
mit̄ ſūt ꝓ oīa tolerāde. nec obtrec
tationis ſermo timēdꝰ eſt. ne dū
vituꝑatio ꝑuerſoꝝ metuit̄. recti o
peris via deſerat̄ Vn̄ nūc ezechie
li ꝓphē dicit̄ Sermones coꝝ ne
metuas. q̄a icreduli ⁊ ſubūſores
tecū ſūt Minꝰ aūt mali eſſēt. ſi hij
qui ſūt icreduli ſubuerſoēs mime
fuiſſent. Quia eni ipi vel celeſtis
regni p̄mia. vel gehēne eſſe ſuppli
cia nō credūt. in ſuis ꝑuitatibꝰ di
miſſi. a fide ⁊ ope eciā alios ſubū
tūt vt regnū qđ ipi appetere n̄ vo
lūt nec alter aſſequatur Hij nāqꝫ
cū teneriores quoſdā bona incipe.
mala iā deuitare cognouerīt. mō
irridendo qđ i celis ꝓmittitur. mō
deſpiciendo qđ deus omp̄s de infer
ni ſupplicijs minat̄. mō laudando
bona tp̄alia et delectationes p̄ſen
tis ſeculi. callida ꝑſuatione polliā
do. deflectūt mentes innocentiū. e
oꝝūqꝫ itinera ꝑuertūt Gaudent ſi
quos potuerint a vita reuocare. ad
mortē trahere. letātur in prauita
tibꝰ ſuis. exultāt ⁊ i alienis Hijs
nimirū pena ſua non ſufficit. qui
agunt vt ne ſoli moriantur. At ſi
fortaſſe iuſtū quēpiam tante iam
virtutis inuenerint. vt ei loqui cō
traria non preſumant. quia ſub
uerſores eſſe non poſſunt. ſtatim
ſcorpiones fiunt Scorpio eteni
palpando incedit. ſꝫ cauda ferit nec
mordet a facie. ſed a poſterioribus
nocet Scorpiones ergo ſunt om
nes blandi ⁊ malicioſi. qui bonis
quidem in faciē non reſiſtunt. ſed
mox vt receſſerint derogant. alios
quos voluerint inflāmant. queqꝫ
poſſunt noxia immittunt. mortifera
inferre occulte non deſinunt Scor
piones ergo ſunt. qui blandi ⁊ in
noxij in facie videntur ſed poſt dor
ſū portant unde venenū fundant.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Qui enim in occulto feriūt· quaſi
morte latent̄ trahūt· Unde eciam
per pſalmiſtam dicitur· Circumde
derunt me ſicut apes· ⁊ exarſerunt
ſicut ignis in ſpinis· Apes eni in
ore mel habent· in aculeo caude
vulnus· Et oms qui lingua blan
diūtur ſ latent̄ ex malicia feriūt
apes ſūt· quia loquendo dulcedinē
mellis ꝓponūt· ſ occulte feriendo
vulnus inferūt Iſta vero facientes
exardeſcunt ſicut ignis in ſpinis·
quia per flāmas detrahenciū non
iuſtorū vita ꝯburitur· ſ ſi que eis
meſſe poterāt peccatorꝝ ſpine ꝯcre
mant̄· Dicatur ergo· increduli ⁊
ſubuerſores tecū ſunt· ⁊ cū ſcorpio
nibus habitas· increduli ſcꝫ deo·
ſubuerſores vero infirmantibꝰ ꝓx
imis· ſcorpiones āt eciam fortibꝰ
ac robuſtis· quibꝰ ⁊ ſi in facie ꝯdi
cere non ꝑſumūt· ex occulto tamē
vulnus derogationis inferūt· In
creduli quippe ſimꝉ ſubuerſores ⁊
ſcorpiones ſunt· qꝛ ⁊ audita ea q̄
dei ſūt non credūt· ⁊ eos quos ꝑ
ualent· a bonis moribꝰ ſubuertūt
⁊ quos inflectere non valent occꝉ
tis machinatoībus feriūt· Qua
in re hoc quoqꝫ notandū eſt· qꝛ cū
ꝓphe dicitur· increduli ⁊ ſubuerſo
res ſunt tecū· et cū ſcorpionibꝰ ha
bitas nobis conſolatoīs medica
mentū profertur· quos ſepe tedet
viuere dū nolumꝰ cū malis habi
tare Queritur etei cur non oms
boni ſūt· qui nobiſcū viuūt Mala
ꝓximorꝝ ferre nolumus· oms ſcōs

iā debere eē decernimꝰ· dū eſſe no
lumus qđ ex ꝓximis portemus·
Sed hac in re luce clarius patet·
dū malos portare renuimꝰ· q̄ mꝉ
tū adhuc ipſi minus de bono habe
amus· Neqꝫ eni perfecte bonꝰ eſt
niſi qui fuerit et cū malis bonus·
Hinc btūs iob de ſemetipō aſſerit
dicens· Frater fui draconū ⁊ ſocꝰ
ſtrucionū· Hinc paulus aplūs diſ
cipulis dicit· In medio nacionis
praue ⁊ peruerſe· inter quos lu
cetis ſicut luminaria in mundo·
Hinc petrꝰ dominici gregꝭ paſtor
dicit· Iuſtū loth oppſſū a nephan
dorꝝ iiuſta conuerſatione eripuit·
Aſpcū enim ⁊ auditu iuſtus erat
habitās int̄ eos qui de die in diē
aīam iuſti iniquis operibus crucia
bāt· Sepe vero cū de vita ꝓximo
rū ꝯqrimur mutare locū conamur·
ſecretū vite remotioris eligere· vi
delicet ignorantes quia ſi deſit ſpi
ritus· nō adiuuat locus Ipē enim
loth de quo loquimur in ſodomis
ſcūs extitit· in mōte peccauit Qui
a aūt loca mentē nō muniūt· ipē
humani generꝭ ꝑmus teſtatur pa
rens· qui ⁊ in paradiſo cecidit Sed
minꝰ ſunt oīa que loqmur ex ter
ra· nam ſi locus ſaluare potuiſſet·
ſathan de celo nō cecidiſſet· Unde
pſalmiſta vbiqꝫ in hoc mūdo tēpta
tiones eſſe conſpiciens· qſiuit locū
quo fugeret· ſ ſine deo inuenire nō
potuit munitū· Ex qua re ⁊ ipſum
ſibi locū fieri petiyt· propt̄ quē lo
cū queſiuit dicens· Eſto m̄ in deū



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝓtectorē et in locū munitū・vt ſal
uū me facias Tolerandi ḡ vbiq̄
ſūt ꝓximi・q̄a abel fieri nō valet・
quē cayn malicia nō exercet Vnū
veō eſt ꝑ quo ſocietas vitari debeat
maloꝝū・ne ſi fortaſſe corrigi nō va
lent ad imitationē trahant・et cū
ipi a ſua malicia nō mutātur eos
qui ſibi ꝯiūcti fuerint ꝑuertāt Vn
de paulus ait Corrūpunt mores
bonos colloquia mala Et ſicut ꝑ
ſalomonē dicit Noli amicus eſſe
hōi iracūdo・nec ābules cū viro furi
oſo・ne forte diſcas ſemitas eius・
et ſumas ſcandalū anime tue・Di
cit ergo perfecti viri ꝑuerſos ꝓx
imos nō debēt fugere・qꝛ et eos ſe
pe ad rectitudinē trahūt・et ipſi ad
ꝑuerſitatē nūq̄ꝫ trahūtur・ita infir
mi q̄q̄ꝫ ſocietatē debēt declinare ꝑ
uorū・ne mala q̄ frequenter aſpici
ūt et corrigere nō valēt・delectent̄
imitari Sic enī v̄ba ꝓximorum
audiēdo cotidie ſumim9 in mente
ſicuti flādo atq̄ꝫ reſpirādo aerē tra
him9 corpore Et ſicut mal9 aer
aſſiduo flatu tractus inficit corp9
ita ꝑuerſa locutio aſſidue audita
infirmantiū inficit animū・vt ta
beſcat delectatione praui operis
aſſiduitate ſermonis Sequitur・
Verba eorū ne timeas et vultus
eorū ne formides・qꝛ dom9 exaſ
perās ē Ideo boni timendi ſūt ne
offēdant̄・ne fortaſſe ꝑ eos ille ꝓ
uocet̄ ad irā q̄ eorū corda ſēꝑ inha
bitat Nā ſicut ſupi9 dictū ē・ſi ma
los offēdim9 timē mīme dēm9

quia illis noſtra actio diſplicet・q̄
bus nec iuſticia creatoris placet・
Quid ergo timendū eſt・ſi nobis
īgrati ſūt・q̄ deo amabiles n̄ ſūt?
Vn̄ recte nūc dicitur・Verba eorū
ne timeas・ꝛ vultus eorū ne for
mides・q̄a dom9 exaſperās eſt Ac
ſi aꝑte diceret・Timēdi eſſēt niſi
me in ſuis actib9 exaſꝑaſſēt De q̄
b9 adhuc ſubdit・loq̄ris ḡ verba
mea ad eos ſi forte audiant et q̄eſ
bis ꝯſiderãdũ eſt. quia ſi ſic plãx
it mulier q̃ querebat filiũ? quõ de
bet plãgere aĩa q̃ querit deũ? Sa
cerdos vero ẽ cõtra poſt ꝯpũctionẽ ac
lacrimas. cogitur neceſſaria queq̃
filiorũ ſuorũ cognoſcere. et ea que
refugit aĩo paciẽter audire. atq̃
pꝰ ſuſpiria celeſtiũ. quorũlibet car
naliũ hominũ onera portare. et ſe
ꝑe cũ ſupuenientibus cor in diuer
ſa qualitate trãſfũdere. Nam ali
qñ de lucris ſpũalibꝰ gaudet. Sʒ
cũ quilibet merẽs ſuperuenerit. ni
ſi eius merorẽ in ſe ſuſceperit. tri
bulationi illius compatiens nõ ẽ.
Et aliqñ de dãpnis aĩarũ luget.
et repẽte ſupueniũt qui de q̃buſdã
ſuis ꝓſperitatibus letãtur. quorꝫ
leticie ſi ſacerdos nõ congaudeat.
minus amare credit̃ filios. in quo
rũ gaudio non exultat. Ꝓpterea
paulus dicat. Gaudere cũ gaudẽ
tibꝰ. flere cũ flentibꝰ. Nichil ergo
tã onerosũ in ordine ſacerdotũ vi
deo q̃ꝫ rigorẽ mẽtis compaciendo
flectere. et cũ perſonis ſupuenienti
bus aĩm mutare. Et tñ hoc valde ẽ
neceſſariũ. nam qñ ex predicatio
ne eius ad boni opis grãm pecca
tor reducitur. ſi ipſe qui predicat
videtur ignatus? Unde per hunc
quoq̃ eundẽ ꝓpham in extrema ꝑ
te dicitur. vt cũ ſacerdotes intrinſe
cus miniſtrãt. veſtibꝰ laneis nõ v
tantur. De quibꝰ ſubditur. Cum
q̃ egredientur atriũ exteriꝰ ad po
pulũ. exuent ſe veſtimentis ſuis in

quib9 miniſtrauerāt. et reponēt ea
in gazophilacia ſanctuarij. Groſſi
ora quippe ſunt lanea veſtimenta.
Sed cū ſacerdos ad ſanctū miniſ
teriū accedit: cū intus p̄ cōpuncti
onem ingreditur ⁊ ſubtiliori intel
lectu neceſſe ē. quaſi lineo veſtimē
to veſtiatur. Sz cū ad ꝓplm̄ foras
egreditur. oportet vt veſtimēta in
quibus intrinſecus miniſtrauerat
reponat: atq̄ʒ populo alijs veſtibꝫ
indutus appareat. Quia ſi in com
punctionis ſue rigore ſe teneat. ſi
in eo quem orationis tempore ha
buit merore perduret: exteriorum
verba ſuſcipere non admittit. Et
quid grex de neceſſarijs faciat ? ſi
audire atq̄ʒ ꝑpendere et hoc quod
preſens tempus exigit paſtor recu
ſat? Groſſiora ergo veſtimenta ſa
cerdos exiens ante populum indu
at: vt mentis ſue habitū pro vti
litate filiorum etiam ad terrena to
leranda componat. Penſate ergo
fratres cariſſimi q̄ꝫtus ſpeculatori
labor ſit: et ad ſublimia cor tende
re? ⁊ hoc repente ad ima reuocarē:
et in ſublimitate cogitationis intime
extenuare animū? ⁊ ꝓpter exterio
res cauſas proximorū. vt ita dicam
ſubito in cogitatione craſſeſcere.
Non ergo michi modo neceſſe eſt
ꝓphete verba exponē: ſed meam
coram vobis miſeriam deflere. Vn̄
peto vt veſtra me oratio talem fa
ciat: qualis et michi valeam ⁊ vo
bis prodeſſe. Potens eſt indigno
michi ⁊ infirmo ex veſtra interceſſi
one iſta tribuere: q̄ ex ſua pietate
ꝓ nobis dignatus eſt infirmari.
Virtus enim dei eſt atqꝫ ſapiētia.
que noſtram infirmitatē ſumpſit:
vt ex ſua nos infirmitate roboraret:
iheſus xp̄s dn̄s noſter. qui viuit
⁊ regnat deus. p oīa ſecula ſeculoꝝ
Amen. Explicit omelia xi.

Incipit omelia duodecima.

SEruata veritate hyſto
rie. diuina eloquia ali
quādo ex tpe. aliqn̄ ex
loco cauſas deſignāt:
quas aperto ſermone non indicant
Ex tpe etenim ſicut p̄dicante iude
is domino p euangeliſtā dicitur.
hyemps erat Inter illa enim miſ
teria que veritas loq̄batur: que
cauſa fuit vt nomē hyemis adde
retur? niſi vt p qualitatē temporis
oſtenderet frigus cordis? Quia ⁊
cū verba veritatꝭ acciperēt: frigida
iudeorꝝ corda remanebant. Aliqn̄
vero ex loco? ſicut carnali iſrlitico
populo deſcendēte de monte moyſi
lex in campeſtrib9 data eſt: et ſāc
apoſtolis dn̄s in monte ſedens ?
ſūma ⁊ ſpiritualia p̄cepta locutus
eſt: vt ex locꝭ videlicꝫ mōſtraret.
quia et illis tanq̄ carnalib9 man
data minima dabantur in valle ter
renarū? et iſti tanq̄ ſpirituales ⁊
ſancti in monte mādata celeſtia au
dirent: q̄tin9 apte mōſtrarē q̄ aſ
cendētes corde ad celeſtia. infirma
mūdi relinq̄rēt? ⁊ in mētꝭ culmine
ſtarēt. Vn̄ nūc ezechiel ꝓpheta q̄
iubēte deo in locꝭ egerit deſcribit:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt per locorum qualitates indicet
quid ĩ posterũ de ꝓphie miſterijs
ſequeretur. Ecce enĩ dicit. Facta eſt
ſuper me manus dñi. et dixit ad
me. Surge et ingredere in campũ.
⁊ ibi loquar tecũ. Quid eſt hoc qđ
prius dominus in medio iſrlitarũ
locutus ad ꝓphetã ſuũ fuerat. ⁊
tamen poſtmodũ dicit. egredere in
cãpũ ⁊ ibi loquar tecũ. niſi qꝫ ꝓphe
tie ſue grãm ⁊ prius iudee ĩfũdere
⁊ hanc poſtmodũ dignatus eſt in
latitudine gentiũ demõſtrare. Ne
qꝫ enim ĩmerito per cãpum gentili
tas deſignatur q̃ longe lateqꝫ id
eſt in vniũſo mũdo diſtendit. Vñ
et ſubditur. Et ſurgens egreſſus
ſũ in campũ. et ecce gloria domini
ſtabat. quaſi gloria quã vidi iuxta
flumen chobar. In campo gloriã
domini propheta vidit quã iuxta
flumen chobar in medio iſrlitarũ
viderat. qꝛ ipã eius maieſtas gen
tib⁹ apparuit q̃ prius ſe electis in
iudaico populo reuelante ſpũ decla
rauit. Sequitur. Et cecidi in faciẽ
meam. Viſa gloria domini in faci
em ꝓpha cadit. qꝛ q̃uis hõ ad in
telligenda ſublimia leuat. ex con
templatione tamen maieſtatꝭ dei
infirmitatẽ ſue ꝯditioĩs intelligit.
⁊ quaſi ſtatũ non habet. qui ſe an
te dei oculos eſſe cinerẽ ⁊ puluerẽ
vidit. Sequitur ⁊ ingreſſus eſt in
me ſpũs. et ſtatuit me ſup̃ pedes
meos. Cũ nos humilit̃ deo ſter
nimur. cũ eẽ nos puluerẽ cinerẽqꝫ
cognoſcim⁹. cũ infirmitatẽ ꝯditio

nis ꝓprie ꝑſãtes ſtatũ rigiditatꝭ
⁊ ſuperbie nõ habemus. oĩpotens
deus per ſuũ nos ſpm̃ leuat ⁊ ſup
pedes nr̃os ſtatuit. vt qui humili
ter apđ nos ex ĩfirmitatꝭ nr̃e cog
tioẽ iacuim⁹ ⁊ iace⁹. in bono p⁹ o
pere quaſi ſup̃ pedes ex rectitudine
ſtemus. Qđ aut in cãpo de ꝓpha
agitur. niſi vt ſpecialit̃ deſignetur
quia eccã elãs gentiũ ſpũs ſãct⁹
dicdus eſſꝫ. qui eos quos aſſumẽt
⁊ prius a ſuperbie ſtatu deiceret.
⁊ poſtmodũ ſuper pedes ſuos id ẽ
ſup bona opa ſolidaret. Dicit per
paulũ dicitur. Remiſſas man⁹ et
diſſoluta genua erigite. ⁊ greſſus
rectos facite pedibus veſtrꝭ. Seq̃
tur. Et locutus eſt m̃. ⁊ dixit ad
me. Ingredere ⁊ includere in medi
o dom⁹ tue. Quid eſt qđ de medio
iſrlitico populo ꝓpha ad campũ e
ducitꝛ. atqꝫ ad domũ poſtea de cã
po reuocatur. niſi qꝫ predicationis
grã a iudaico populo ablata. in la
titudinẽ gentilitatꝭ ſperſa eſt. ſed
tñ in fine mũdi dũ iudei ad fidem
redeũt. quaſi ad domũ ꝓpheta re
ducitur. vt in ſuo populo rurſus p̃
dicatio inhabitet. q̃ modo velut in
campo ita in diuerſis gentibus ful
get. Scriptũ quippe eſt. Donec
plenitudo gentiũ introiret. et ſic õ
nis iſrael ſaluus fieret. Quia ⁊ p
aliũ ꝓpham dicitur. Si fuerit nu
merus filiorum iſrael quaſi arene
marꝭ reliquie ſalue fient. Exeat
ergo ꝓpha de medio populi ad cã
pũ. de cãpo redeat ad domũ. vt et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

predicatio que iudee facta eſt egre
diatur in gentes: et repletis fide
gentib9 recipiat iudea ſpiritualis
doctrine dona que amiſit. Includi
autem propheta in medio domus
ſue precipitur: quia ātixpi tempo
re ab eis gentibus que in infideli
tate remanſerunt plebs conuerſa
iudeoꝝ duris perſecutionibus an
guſtatur. Unde ſcriptum eſt. Atri
um autē quod eſt extra templum
eice foras. et ne metieris eū: qm̄
datum eſt gentibus: et ciuitatem
ſanctam calcabūt mēſib9 quadra
ginta duobus. Et tu fili hominis
ecce data ſūt ſuper te vincula: et li
gabūt te in eis: et non egredieris
in medio eoꝝ. Et linguā tuā adhe
reſcere faciam palato tuo: et eris
mutus nec quaſi vir obiurgans:
quia domus exaſperans eſt. Que
videlicet verba ſi per typice expoſi
tionis ordinem ſequimur prophe
ta in domo ſua vincula ſuſcipit et
ligatur: quia in extremis cum iu
dea crediderit. grauiſſimas ātixpi
tempore perſecutiones ſentit: ita
vt p̄dicationes ei9 miniſtri iniqui
tatis non recipiant: ſed reſiſtendo
has vinculis doloꝝ premāt. Et
in medio eoꝝ non egredietur: qꝛ
ad corda p̄uoꝝ p̄dicacio nō p̄uenit:
dū lingua bonoꝝū ligata tribula
cionibus tacet. Erūt etenim tunc
multi ex iudeis infidelibus: qui e
oſtē ipſos qui ex iudeis crediderūt
perſequētur. Unde notandū eſt ꝙ
hic quoqꝫ dicatur quia in domo ſua
propheta vincula ſuſtineat: ut vi
delicet deſignetur quō et ex ipō ſu
o genere iudea cū fidelis fuerit tri
bulationē p̄ſecutionis portet. Dū
eni vnigenitū s ſūmi patris incar
natus ac mortuus reſurrexiſſe ac
aſcendiſſe creditur ad celos ſicut
per ſacre ſcripture paginas predi
catur. nimirū apud eos ꝓphecia
ligata erat: q̄ ſi ita vt dictū eſt in
eoꝝ intellcū decurreret: quaſi gre
ſus liberos ſue p̄dicationis habu
iſſꝫ. Reprobis ergo tūc p̄dicatoꝝ
ſūa tacere ꝯpellitur. Vn̄ et hic ſub
ditur. Et linguā tuā adhereſcere
faciam palato tuo: et eris mutus.
nec quaſi vir obiurgās: qꝛ dom9
exaſperās eſt. Sed quia enoch et
helya p̄dicāte multi ex hijs q̄ tūc
ex iudeis in infidelitate ꝛmanſerūt
ad cognitionem veritatis redeūt. ſi
cut de eodē helya dicitur. helyas
veniet et ipē reſtituet omnia. qui v
triqꝫ per zachariā due oliue et per
iohannē duo cādelabra nominātꝛ
recte hic quoꝫ ſubiūgitur. Cū autē
locutus fuero tibi aperies os tuū
et dices ad eos. Hec dicit dn̄s de
us. Tūc enim in extremo os p
phe aperit. cū in p̄dicatioē enoch
et helye a iudeis ad fidē redeūtib9
ꝓphecia ſacri eloquij de xp̄o fuiſſe
cognoſcitur. Sed quia hec typice
diximus: nūc verba eadem caritati
veſtre moraliter diſſeramus. Quid
eſt enī ꝙ exire ꝓpha ad cāpū iube
tur: niſi ꝙ vnuſquiſꝫ q̄ p̄dicat ꝓpē
eos quos extra ſe poſitos corrigit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

atq; ab iniquitate ↄpeſcit· loquen
do ad campũ exit· ibiq; glãz dei vi
det? Qui tanto largius doctrine
graciam percipit· q̃to ſe in labore
p̃dicationis ex amore pximoꝝ te
dit· Foras ergo exeundo in altũ
viſione ducitur· quia vnde in alie
nis cordib9 ignorantie cecitatem
miniſterio ſue locutiōis illuminat
inde eum ſuperna gracia in altioꝛẽ
intelligentia exaltat Sed qꝛ ſem
per p̃dicatoꝛ debet ad mentem re
currere humilitatẽ atq; mũdiciam
intrinſecus cuſtodire· poſt campũ
neceſſe eſt vt ad domũ redeat· qua
tinus in hijs q̃ dicit· qualis eciam
ipſe ſit intra ↄſciam agnoſcat· Si
enim aut hoc quod loq̃tur minime
cuſtodit· aut de hijs q̃ loquitur te
poꝛalem glãm requirit· loquendo
quidẽ ad campũ exit· ſꝫ nõ cogitã
do ſemetipſũ ad domũ redire ↄtemp
nit· Accepto enim ſpiritu in medi
o dom9 includimur· qñ per ei9 gra
ciam ad diſcutienda mentis nr̃e ſe
creta reuocamur· vt apud ſemetip
ſũ in deo aĩmus quieſcat· et non
iam per exteriores ↄcupiſcentias
in appetitu laudis ⁊ glorie cogita
tionis mobilitatẽ diſcurrat· De
hac domo coꝛdis cuidã ſanato per
ſemetipſũm veritas dicit· Tolle g̃
batũ tuum· ⁊ vade in domũ tuam·
Per g̃batũ quippe in quo carnis
eſt requies· ipſa caro ſignatur· per
domũ vero ↄſciencia figuratur· Et
quia cũ in mente moꝛtui in vicijs
iacem9 in carnis delectatione qui

eſcimus ĩfirmi poꝛtamur in lecto
Cũ vero ſanati mente fuerim9· ut
iam pulſãtib9 carnis vicijs reſiſta
m9· neceſſe eſt vt tẽptationũ cõtu
melias de nr̃a carne toleremꝰ E
gro itaq; ad ſalutẽ reducto pꝛecapi
tur· tolle grabatũ tuũ id eſt poꝛta
lectũ in quo poꝛtatus es· qꝛ neceſ
ſe eſt vt ſanatus quiſꝫ poꝛtet cõtu
meliam carnis· in q̃ pꝛius iacebat
egrotus· Qꝫ eſt ergo dicere tolle
grabatũ tuũ ⁊ vade in domũ tuã?
niſi poꝛta temptationes carnis·
in quib9 hacten9 iacuiſti· ac reuer
tere ad cõſcienciã tuã· vt videas q̃
feciſti? Propha igitur poſt cãpũ in
domo includi pꝛecipitur· vt pꝛedi
catoꝛ ſemꝑ poſt grãz doctrine quã
pꝛoximis miniſtrat ad ↄſciam rede
at· ſeq; ipſũ ſubtili examinatione
diſcuciat· ne de hijs que foꝛis pꝛe
dicat aliquid ipſe apud ſe intrĩſec9
trãſitoꝛie laudis querat· Vnde et
ꝑ ſalomonẽ dicitur· Bibe aquã de
ciſterna tua· et fluenta putei tui·
Diriuentur fontes tui foꝛas· ⁊ in
plateis aquas diuide· Habeto e
as ſolus· nec ſint alieni participes
tui Valde aũt ↄ̃ria eſſe videtur q̃
dicit diriuentur fõtes tui foꝛas· et
in plateis aquas diuide· cũ ꝓtin9
adiũgit· habeto eas ſol9 nec ſint
alieni participes tui· Quomõ enĩ
aquã ſciencie ſol9 habere poterit?
ſi hanc in plateis diuidit? Quo
modo alieni aque eius participes
nõ ſũt· ſi fontes illi9 foꝛis diriuan
tur? Sed cũ predicam9 populis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nimirū in plateis aquas diuidim9
quia in auditoꝝ multitudine ſcien
tie verba dilatamus. cū vero adiu
uante nos diuina gracia intrīſec9
cuſtodim9. ⁊ ne maligni ſpiritus
qui iure a nob alieni ſunt quia foꝛ
tem beatitudinis perdiderunt no
bis in elatione ſurripiant ſollicitu
dine cauta circūſpiam9. ſoli habe
m9 aquas quas in plateis diuidi
m9: vt nobis in eis alieni partici
pes non ſint. hij nimirū de quibus
ſcriptū eſt. Alieni inſurrexerunt in
me: ⁊ foꝛtes q̄ſierūt animā meā.
Aquas ergo ⁊ in plateis ⁊ diui
dit ⁊ ſol9 habet: qui ꝑ hoc ꝙ mul
tis p̄dicat: ſe in cogitatione tp̄al
glorie nō exaltat. Tūc enim poſ
ſidet hō quod docet: qn̄ ſe nō gau
det innoteſcere ſ; ꝓdeſſe. Ex capo
ergo ad domū ꝓpha reducatur. vt
is qui ex deo loquit̄ poſtq̄ ꝓ vtili
tate ꝓximoꝝ loquēdo foꝛas exie
rit: ex humilitate ſemꝑ ad diſcuci
enda coꝛdis ſui ſecreta reuocet̄. Vn̄
⁊ ſubditur. Et tu fili hōis ecce
data ſūt ſuꝑ te vincula: ⁊ ligabūt
te in eis: ⁊ nō egredieris in medi
o eoꝝ. Cū eni p̄dicatoꝛ quiſ; ad
ꝯſcientiā dom9 ſue reducit̄. ſuꝑ eū
vincula dātur ⁊ ligatur in eis: qꝛ
q̄to plus ſe in cogitacione diſcuſſe
rit: tāto āplius agnoſcet iuſti aīa
quātis moꝛtalitatis ſue infirmita
tibus ſit ligata. Niſi enim ſe liga
tū ꝯſpiceret paul9: minime dixiſſ;
Deſideriū habēs diſſolui: ⁊ cum
xp̄o eſſe. Hinc ⁊ per pſalmiſtā dꝛ
vt audiret gemitū vinculatoꝝ: ⁊
ſoluat filios interemptoꝝ. Et rur
ſus. Intret in conſpectu tuo gemi
tus compeditoꝝ. Dū ꝑe aūt cū
iam anima ad redēptoꝛis ſui ſpe
ciem contemplandā exire deſiderat
cum celeſtib9 gaudijs intereſſe ſuſ
pirat: ipā moꝛtalitat̄ ſue vincula
conſpiat ⁊ gemit: quibus adhuc
in preſenti mūdo ligata retinetur
Hinc eſt enim ꝙ ſubtile omnipotē
tis dei iudiciū intuens iheremias
ait. Circūedificauit aduerſū me
vt non egrediar: aggrauauit com
pedē meam. Habem9 enim compe
des ipām infirmitatē atq; coꝛrup
cionē moꝛtalitat̄ nr̄e: ſed cū tribu
lacio nob ⁊ gemitus additur. ipſe
nr̄e ꝯpedes aggrauātur. Et quidē
q̄diu in hac vita iuſtus moras pa
tit̄ loquēdo bona ꝓdeſſe alijs feſti
nat: ſ; cū duras mentes ꝯſpiat. e
aſ; ꝯſiderat ꝯtētionib; occupari: p̄
dicatiōis verbū retinet. Et in me
dio eoꝝ nō egredit̄: qꝛ a bonis q̄
loq̄ poterat. obmuteſcit: ſic̄ ꝑ pau
lū dꝛ. Nichil ꝑ contētionē. Et rur
ſus. Si quis vult contēcioſus eſſe
nos talem conſuetudinē nō habe
m9. Vnde hic quoq; apte ſubiūgi
tur. Et linguā tuā adhereſcere fa
ciam palato tuo: ⁊ eris mut9 nec
quaſi vir obiurgans: qꝛ dom9 ex
aſperās eſt. Aliqn̄ vero etiam ꝯtra
reſiſtentiū linguas predicantium
coꝛda zelo ſui dominus accendit.
ne taceāt. ſ; dū fallaciū verbis ve
ritat̄ premant Vnde hic ſubdit̄.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cũ aũt locutus fuero tibi·apiciẽs
os tuũ ⁊ dices ad eos· Hec dicit
dominꝰ deus· Sed hec que breui
ter duplici ſub intellcũ diſcuſſimus
placet vt iuxta cõſiderationẽ lr̃e le
uiter tãgendo tranſeamus· Quid
enĩ nobis amplꝰ ꝑ ipa v̄ba hyſto
rie q̄ꝫ virtus obedientie cõmenda
tur·cũ modo ad trãſmigtioẽm iux
flumen chobar pergere·mõ in cam
pũ egredi·mõ ex cãpo ad domũ re
dire ꝓpha precipitur· vt prius ex
iuſſione pergens ⁊ paulopoſt exi
ens·atq; iterũ domũ rediens·⁊ ſe
metipſũ recludens·ſemꝑ ſue volun
tatis arbitriũ ad diuini eloquij p̄
ceptũ frãgat·q̃tinꝰ in celeſti iuſſio
ne ſuſpenſus·nõ ſuã ſꝫ cõditorꝭ ſui
volũtatẽ impleat· Cui dicit· Et
tu fili hominis ecce data ſũt ſuꝑ te
vincula ⁊ ligabũt te in eis et non
egredieris in medio eoꝝ· Qua in
re notãdũ eſt q̄ꝫ aduerſa ꝓpheta p̄
noſcit vt q̃ omnia patetur· Mĩꝰ
enĩ mala q̃ mentẽ preualent q̄ in
opinata non veniũt·⁊ tñ dũ q̃ria
prenoſcuntur· quãta ſit in eo obe
dientie virtus oſtenditur·quia et
cognoſcit q̄ꝫ aduerſa paſſurus eſt·
⁊ tamen voci dominice inobediens
non eſt· Magna aũt conſiderati
one indigent verba q̃ protinus ad
duntur·et linguã tuã adhereſcere
faciam palato tuo · ⁊ eris mutus
nec quaſi vir obiurgans·quia do
mus exaſperãs eſt· Diſcernendũ
quippe nob eſt vtrũ pro ſolis maƚ
auditoribus·an aliqñ etiam ꝓ vi

tio predicantꝭ predicationis ſermo
ſubtrahatur Quatuor enim quali
tatibus res hec conſiderata diſtin
guitur· Nam aliqñ ꝓpter malos
auditores bonis tollitᷣ ſermo doc
toribus · aliqñ vero ꝓpter bonos
auditores datur ſermo doctoribꝰ
⁊ malis· aliqñ vero ꝓpter docen
tiũ ⁊ audientiũ iuſtificationem bo
nis ſermo doctoribꝰ datur·vt ⁊ ip
ſi per meritũ creſcant·et auditoꝛ̃s
eoꝝ intellcũ ⁊ vita proficiant Ali
qñ võ qꝛ neq; hij digni ſũt accipe
quibus doctrine ſermo ꝓfertur·ne
qꝫ illi doctrine verbũ proferre qui
locũ docendi tenent·predicationis
ſermo tollitur·vt vtraq; pars diſ
tricte iudicetur · Propter malos
nãq; auditores bonis ſermo docto
ribus tollitur·ſicut nũc ad ezechi
el dicitur· Linguã tuã adhereſcere
faciam palato tuo · ⁊ eris mutus
nec quaſi vir obiurgans·quia do
mus exaſperans eſt· Et ſicut pau
lo dicitur· Feſtina et exi velocitᷣ de
ihr̃lm·qm̃ nõ recipient teſtimoniũ
tuũ de me· Et ſicut volentibus a
poſtoƚ p̄dicare in aſya ſcriptũ eſt·
quia ꝓhibuit eos ſpũs ihu Prop
ter bonos auditoꝛ̃s etiam malis
doctoribꝰ ſermo datur·ſicut de pha
riſeis dominus dicit· Omnia que
cũq; dixerĩt vobis ſeruate ⁊ facite
ſcd̃m vero opera eorum nolite face
re Dicunt enĩ ⁊ non faciũt· Prop
ter docentiũ quoq; meritũ ⁊ audi
entium iuſtificationem ſermo doctri
ne tribuitur· ſicut ſanctis apoſtoƚ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicitur Euntes docete omnes gen
tes. Propter malos vero audito
res ⁊ indignam vitā eoꝝ qui do
cere debuerunt ſermo doctrine ſub
trahitur: ſicut hely ad correxgīdos
filios ſuos diſtricte increpationis
verbū non habuit: quia ⁊ eiꝰ neg
ligentia ⁊ filioꝝ exigebat vita ut
cū eis ⁊ populus caderet ⁊ archa
domini capta ad allophilos tranſi
ret Magna enim omnipotentꝭ dei
eſt gracia: cū iniq̄ agentibꝰ ductis
a doctoribus ſermo increpationis
proferetur. Quo cōtra nūc dicitur
Et eris mutus: nec quaſi vir ob
iurgans. Delinquētes etenim ob
iurgaſſet: ſi digni ipā obiurgatio
nis grā fuiſſent. Sed cū in doctri
na atq̄ ſilentio ſit meritoꝝ tanta
diuerſitas vt ſciri facile non poſſit
verū ex auditoris an ex eiꝰ vicio
qui doctrine locū videtur tenere.
docēdi ſermo ſubtrahatur: quid a
liud nobis q̄ſ ſeruare ſemꝑ in rebꝰ
dubijs humilitas iubet: vt ⁊ qn̄
loqui poſſumꝰ non extollamur. ne
fortaſſe hec ipā locucionis nr̄e gra
cia non nobis ſ; auditoribꝰ noſtrꝭ
collata ſit. ⁊ rurſus qn̄ loqui non
poſſumus hij qui nobis ꝯmiſſi ſūt
minime nos dijudicēt ne fortaſſe
nō ex nr̄o ſ; ex peccato audienciū
minime poſſimꝰ loqui: Ad hoc er
go nobis cūcta de meritis nr̄is in
certa ſūt ut vnā certā graciā tenea
mꝰ humilitatꝭ: quatenꝰ ⁊ nos cū
loqͥmur ex omnipotentis dei dono
hoc eſſe veſtrū meritū putemꝰ ;

qn̄ a locutione doctrine obmuteſcī
mus. q̄ſuis noſtra culpa ſit vos ta
men hanc eſſe veſtrā ſpecialiꝭ cre
datis: vt dū viciſſim mala nobis
tribuimꝰ ⁊ bona alijs: per ipām
humilitatꝭ grām fiat. vt doctrine
ſermo qui ablatus fuerat reddat.
Sequitur Cū aūt locutus fuero
tibi aperiet os tuū. ⁊ loqueris ad
eos. Hec dicit dominꝰ deus Qui
audit audiat. ⁊ qui quieſcit quieſ
cat. quia domus exaſperans eſt.
Sepe quidā verbū dei audire deſi
derant: ſed cū alios conſpiciūt au
rem auertere eciam ipſi a ſalutꝭ au
ditu deuiant: ⁊ plerūq̄ multi qui
eſcere appetunt atq̄ a cunctis mū
di huiꝰ acibus vacare. nullis iam
deſiderijs terrenis ſuccūbere: ſed
dum vident alios inquiete agen
do proficere atq̄ in hoc mūdo diui
cijs ⁊ honoribus extolli: quia nec
dum in via rectitudinis firmi ſunt
ad praua opera ex aliorum exem
plo dilabuntur. Hinc eſt enim q̄
in typo infirmantiū pſalmiſta lo
quens dicebat. Mei autem pene
moti ſūt pedes pene effuſi ſūt greſ
ſus mei: quia zelaui in peccatori
bꝰ pacem peccatoꝝ videns. Hinc
iterū dicit Dū ſuperbit impius in
cenditur pauper. Hinc ad iheremi
am prophetā voce dominica de iu
da ⁊ iſrahel dicitur. Nūquid vidiſ
ti que fecerit auerſatrix iſrahel:
Abijt ſibimetipſi ſuper omnē mon
tem excelſum ⁊ ſub omne lignum
frondoſum; ⁊ fornicata eſt ibi.

Et dixi cum feciſſꝫ hec omnia ad
me conuertere ⁊ nō eſt conuerſa. Ubi
ſtatim ſubditur. qualiter ex emulati
one eius etiam iuda recedit q̄ ſtare
videbatur. Ait enī. Et vidit puari
catrix ſoror eius iuda. quia pro eo
ꝙ mechata eſſet aduerſatrix iſrł
dimiſiſſem eam ⁊ dediſſem ei libel
lū repudij. et non timuit puarica
trix iuda ſoror eius. ſꝫ abijt ⁊ for
nicata eſt etiā ipā. Ecce miſericor
de9 contēpnitur et vocat. aduerſan
tib9 ſe ſinū miſericordie aperit. qꝛ
peccanti dicit ad me cõuertere. ⁊ ta
men non eſt cõuerſa. Sed quia oī
potentem deū iſrlitica plebs deſeru
it. reuerti nolens libellum repudij
accepit. Deſeruit videlicet peccan
do. ſed libellū repudij accepit in ſu
is iniquitatib9 ſine flagello rema
nendo. Anima enim que peccat re
cedit. ſꝫ ſi eam poſt peccatū pſperi
tas ſequitur. nulla diſciplina. nul
la diſtrictionis increpatio reuocat
ad cor. in diuiſione quā inter ſe et
deū facit. etiam libellū repudij ac
cepit. vt iam velut aliena derelicta
faciat mala que vult. zeli domini
flagella non ſentiat. quatin9 ad e
terna ſupplicia profūdi9 deſcendat
Sed ſoror ei9 iuda qm̄ dimiſſam
iſraeliticā plebem in ſuis volupta
tibus vidit. ipā quoqꝫ in imundi
cia fornicationis exarſit. Quia e
nim aſpexit adulterā in ſua peruer
ſitate florere. etiam ipſa non timu
it deterius peccare. atqꝫ a cõiunctio
ne domini quaſi a viri legitimi cu

bili recedere. Unde neceſſe eſt vt
peccantes quoſqꝫ tunc conſideremus
amplius miſeros. quando e
os conſpicim9 in culpa ſua ſine fla
gello derelictos. Hinc etenim per
ſalomonem dicitur. Auerſio paruu
lorꝫ interficiet eos. ⁊ proſperitas
ſtultorꝫ perdet illos. Qui enim a
deo auertitur ⁊ proſperatur. tanto
perditioni fit proximus. q̄to a ze
lo diſcipline inuenitur alien9. Di
cat ergo. Qui audit audiat ⁊ qui
quieſcit quieſcat. quia domus ex
aſperās eſt. Ac ſi aperte diceretur
Uos qui iam ⁊ verba veritatꝭ au
dire. ⁊ a praua cepiſtis actione ceſ
ſare. nolite illos ymitari quorꝫ me
exaſperari moribus videtis. Ad
tamē ⁊ intelligere ⁊ aliter poſſum9
Quidā enim verbū audientes nō
audiūt. qm̄ aurē ad ſacrū eloquiū
ponunt. ſed cor a mūdi deſiderijs
non euellūt. Et ſūt nonnulli qui
quieſcētes minime quieſcunt. qui
a prauis quidē actibus ocioſi ſunt
corpore. ſed peruerſitatē operū ex
delectatioē verſāt in mente. Hinc
eſt enim ꝙ de iudea ad captiuita
tem perueniente ſcriptū eſt. Vide
rūt eam hoſtes. ⁊ deriſerūt ſabba
ta eius. Hoſtes quippe ſabbata de
rident. qn̄ maligni ſpiritus ocioſe
menti prauas cogitatioēs imiciūt
vt ſi quieſcit ab opere. non quieſ
cat a malorꝫ operū delectatione.
Recte ergo nūc dicitur. qui audit
audiat. quatinus ſic fiat ſermo in
aure corporis. vt ſonet in aure

cordis. Et q̄ q̄eſcit q̄eſcat: vt p̄ui
tatꝭ deſideria repellantur a cogita
tione. cū iam repulſa videntur ab
opere. Ubi ne maloꝝ ſicꝭ diximꝰ
exempla ſeq̄mur adiūgitur: quia
domꝰ exaſperās eſt. Mali aūt ꝙ
ſi diu tolerātur ſubito corruūt: ꝙ
eoꝝ penas infirmi conſpiciūt: ne
quoꝝ culpas impunitas eſtimant
imitētur. Unde hic quoꝫ eiuſdē in
de deſolatio ſubiūgitur q̄ domꝰ ex
aſperans vocatur: cū ꝓtinꝰ ꝓphe
ſuo dominꝰ dicit. Et tu fili homi
nis ſume tibi laterē et pones eum
corā te. ⁊ deſcribes in eo ciuitatem
ihrlm ⁊ ordinabis aduerſus eam
obſidionem: ⁊ edificabis munitio
nes ꝙ cōportabis aggerē: ꝙ dabꝭ
cōtra eā caſtra. ⁊ pones arietes in
giro Et tu ſume tibi ſartaginē fer
reā. ⁊ pones eā murū ferreū intꝭ te
⁊ ciuitatem. ⁊ obfirmabis faciem
tuā ad eā. ⁊ erit in obſidionē ⁊ cir
cūdabis eam. Dignū eſt domꝰ iſ
rahel. In quibus videlicet verbis
quid aliud iuxꝭ hyſtoriā niſi ihero
ſolime vrbis obſeſſio atqꝫ deſtruc
tio deſignatꝭ. et peccatoris ꝑpli af
flictio exp̄mitur qui domꝰ exaſpe
rās vocatꝭ: cū apte dr̄ ordinabꝭ ad
uerſus eā obſidioēm ⁊ edificabis
munitiones et cōportabis aggerē
⁊ dabis cōtra eam caſtra et pones
arietes in giro: Sed quia verba
prophecie ſic plerūqꝫ narrāt hyſto
riam vt per hec eciam miſtica deſcri
bātur: oportet vt hec eadē dicta q̄
protulimꝰ ſpiritualiter diſſeramꝰ
maxime quia in eis interponitur
quod teneri poſſe ad lrām non vi
detur. cū dicitur. Et tu ſume tibi
ſartaginem ferreā ⁊ pones eā mu
rū ferreū inter te ⁊ ciuitatē. ⁊ obfir
mabis faciem tuā ad eā: et erit in
obſidionem. Niſi enim rebꝰ hyſto
rie miſtica miſcerentur: quid ſar
tago ferrea neceſſaria prophete fu
it vt hanc inter ſe et ciuitatem po
neret. quatenꝰ ſe ab eius obſidioē
ſepararet: Cū enim dicitur ſume
tibi ſartaginem ferream ⁊ pones
eam murū ferreū inter te et ciuita
tē: aperte declaratur qꝛ per eandē
ſartaginē ferreā ab obſidione ciui
tatꝭ ꝓpha ſe liberū reddat. Unde
ꝙ quod p̄dixi ſubiūgitꝭ. Et obfir
mabis faciē tuā ad eam: ⁊ erit in
obſidionē. Ex qua re oſtenditꝭ q̄a
ꝓpha in eadē obſidione nō erat: ſi
ſartaginē ferreā inter ſe et ciuitatē
murū ferreū ponit. Et certe ſiue i
ea captiuitate q̄ prius. ſiue in ea
q̄ poſtmodū iſrahelitico populo cō
tigit nullus ab eiuſdē captiuitatis
periculo liber fuit: ſed omnes ſimꝭ
par calamitas inuoluit. Qꝫ ergo
intelligi iuxta lrām poteſt: vt pro
pheta inter ſe et ciuitatem que ob
ſidenda eſt ſartaginem ferream po
nat: Sed q̄muis omne hoc quod
in deſcriptioē lateris ſub ſigno ihe
roſolimorū ciuitatis legitur iuxta
lrām factum ſit: nobis tamen ſciē
dum eſt quia typicum aliquid per
ſartaginem figuratur. ſed ⁊ obſeſ
ſio iheroſolimoꝝ vera deſcribitur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ex qua te inſtruimur ut dū aliud
completū iuxta hyſtoriā ſcimus.
⁊ aliud iuxta hyſtoriam a ratione
vacare cognoſcamus. in ſacro v̄ba
utraq; teneamus. quatinus ⁊ ob
ſeſſionem iheroſolimoꝝ que iuxta
lr̄am poſtmodū facta eſt. in ꝓpheti
e verbis et factis credamus eſſe fi
guratā. et tamen per eandē obſi
dionem obſidio alia id eſt interi
or deſignetur. in qua iure querim9
quid per ſartaginem ferream que
murus ferreus dicit̄ valeat deſig
nari Illam itaq; obſidionem qua
iheroſolimoꝝ ciuitas deſtructa eſt
iam factā nouimus. ſȝ nūc aliam
intrinſecus que cotidie agitur req̄
ramus. de qua per ſignificatiōem
dicatur. Et tu fili hōīs ſume tibi
laterē. ⁊ pones eū contra te. ⁊ de
ſcribes in eo ciuitatē iheruſalem.
Sed ante nobis inquirendum eſt
cur ezechiel ꝓpheta vel quociens
ſublimia conſpiciat. vel quociens a
liqua agere miſtica iubetur. prius
filius hōīs appelletur. Sepe e
nim ſubleuatur ad celeſtia. et occl
t̄ atq; inuiſibilib9 rebus ei9 mens
paſcatur. Neceſſe eſt ergo ut inter
occulta que penetrat filius hōīs
vocetur. ut ſemper agnoſcat quod
eſt. et nunꝙ̄ extollatur de hijs ad
que ducatur. Quid eſt enim ꝓphe
te ad ſpiritualia ſubleuato ſemper
fili hōīs dicere: niſi ut eum infir
mitatis ꝓprie memorem faceret.
ut conſcius conditionis infirme.
eleuari in cogitatione non debeat
de magnitudine cōtemplationis
ſue? Quia vero idem ꝓpheta ⁊ ut
ſupra iam diximus typū predicā
tium vel doctorū tenet. recte ei nūc
dicatur Sume tibi laterē. ⁊ pones
eum coram te. Omnis etenim doc
tor cū terrenū quēpiam auditorē
ad celeſtis verbi doctrinam ſuſcipit
laterē aſſumit. cui dū loqui ceperit
que ſit retributio celeſtis patrie. q̄
viſio pac̄ ſuperne ciuitatem iheru
ſalem deſcribit in latere. quem co
ram ſe ponit. quia intenta mente
qualitatem audient̄ conſiderat id
eſt prouectū vel deſpectū conſpiciat
⁊ iuxta eius intelligentiam. pre
dicationis ſue verba moderatur.
ut deſcribi in audientis mente ci
uitas iheruſalem id eſt viſio pac̄
poſſit. Dicatur ergo. Sume tibi
laterē. videlicet proximi cor terre
nū. ⁊ pones eum coram te ſcilicet
ut vitam atq; itellectū illius intē
ta mente cuſtodias. ⁊ deſcribes in
eo ciuitatem iheruſalem. ut ei que
ſint ſuperna gaudia de viſione pa
cis innoteſcas. Quaſi enim iam
iheruſalē in latere deſcripta eſt. cū
terrena mens cepit que ſint illa
interne pacis gaudia vera cognoſ
cere. ⁊ ad conſpiciendū glāam regni
patrie anhelare Quaſi in terra vi
ſio pac̄ deſcribitur. quando mens
que prius terrena ſapuerat. per a
morem iam ad conteplandū glori
am regni celeſtis eleuat̄. ſed mox
ut animus amare celeſtia ceperit.
mox ut ad viſionem pacis intime

92

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tota ſe intentione collegerit⁝ anti
quus ille aduerſarius qui de celo
lapſus eſt inuidet. ⁊ inſidiari am
plius incipit. acriores ꝙ̃ conſueue
rat temptatiões admouet; ita vt
plerūqȝ ſic reſiſtentē animā temptet
ſicut ante nūꝙ̃ temptauerat quan
do poſſidebat. Vnde ſcriptū eſt. Fi
li accedēs ad ſeruitutem dei ſta in
iuſticia ⁊ timore; ⁊ p̄para animā
tuam ad tēptationem. Vnde ⁊ de
moniacus qui a domino ſanatur
ab exeūte demone diſcerpitur; ſi
cut ſcriptū eſt. Et clamans ⁊ mul
tum diſcerpens eum exijt ab eo.
Quid eſt enim ꝙ obſeſſū ātiquus
hoſtis quem poſſeſſū non diſcerpſe
rat. deſcēdo diſcerpſit⁝ niſi ꝙ ple
rūqȝ dū de corde expellitur. acrio
res in eo tēptationes generat. ꝙ̃
prius excitauerat qn̄ hoc quietus
poſſidebat⁝ Vnde iſrahelite quoqȝ
ad moyſen ⁊ aarō dicūt. Videat
dominꝰ ⁊ iudicet⁝ qm̄ fetere feciſtis
odorem noſtrū corā pharaone ⁊
ſeruis eiꝰ; ⁊ p̄buiſtis ei gladiū ut
occideret nos. In moyſe enim ⁊ a
arō lex ⁊ prophete figurate ſunt.
Et ſepe apud ſe īfirmꝰ aīmꝰ q̄ſi ꝯ
tra ſacra eloquia murmurat; quia
poſtꝙ̃ verba celeſtia audire ⁊ ſequi
ceperit. regis egiptij aduerſitas
id eſt maligni ſpiritus tēptacio ex
creſcit. Debet ergo vigilanter doc
tor ꝓficienti anime que illam tēp
tationes ſequātur innoteſcere; vt
cautā ſe valeat ꝯtra maligni ſpiri
tus īſidias p̄parare. Vn̄ nunc bn̄

poſt deſcriptā ciuitatē iheruſalem
in latere; dicitur prophete. Et or
dinabis aduerſus eam obſidionē
⁊ edificabis munitiones; ⁊ cōporta
bis aggerem. In qua enim iam
pacis viſio deſcribitᷣ; ei neceſſe eſt
vt temptationū bella nunccientur.
Nam vt valeat ad illa pacis gau
dia eterna pertingere. hanc hic p
culdubio oportet tribulationū cer
tamina multa ſuſtinere. De qua
bene dicitur. Ordinabis aduerſꝰ
eam obſidiōem. Predicator ꝗ̄ppe
cōtra erudiendā animā obſidiōem
ordinat. cum premonēdo indicat
quibꝰ ſe modis vicia virtutibꝰ op
ponant; quō luxuria caſtitatem fe
riat. qualitᷣ ira trāquillitatē animi
perturbet⁝ qn̄tum inepta leticia a
vigore mentis reſoluat. qualiter
multiloquiū munitionē cordis deſ
truat; quō inuidia caritatem inter
ficiat. quēadmodū ſuperbia arcē
humilitatꝭ effodiat⁝ qualiter fal
lacia cum veritatē in ſermone corru
perit. hāc eciam in ꝯgnitione cor
rūpat; vt qui verum dicere noluit
quod intellexit. iam nec intelligat
quod dicere valeat. Ordinatur er
go a p̄dicatore obſidio; cum per
ſancte āmonitionis verba ſingulꝭ
quibuſqȝ virtutibꝰ que vel quibus
modis vicia inſidientᷣ oſtenditur.
Et ꝙ̃ ihr̄lm q̄ra deſcripſit in latere
p̄dicator munitiones edificat; qn̄
mala q̄qȝ ꝙ̃ munita ꝯtra mentem
veniant demonſtrat. vt ſeſe vicia
ſub virtutum ſpecie abſcondant⁝

quatinus ſicut ſepe iam diximus·
immoderata ira iuſticia videri ap
petat·7 diſcipline ꝛmiſſio manſue
tudo videri velit·et tenacia ſeſe par
ſimoniam nominet·7 inordinata re
rū effuſio ſe beniuolentiā appellet
Quaſi enim edificate contra men
tem ſunt munitiones·quando vici
a ſub virtutū ſpecie excreſcunt· et
in alto ſe oſtendunt per ymaginē
que in ymo ſemper iacent per acti
onem· Adhuc quoqꝫ additur·7 cō
portab aggerē· Quo enim mens
deſiderare celeſtia ceperit·eo in illā
maligni ſpiritus temptationibus
ſuis terrenas amplius cogitatio
nes exaggerant· Propheta ergo
aggerē comportat· cū predicator
ſanctus bonis mentibus qualiter
terrena deſideria ſubripere ſolent
denunciat· Atqꝫ adhuc additur·
Et dabis contra eam caſtra· 7 po
nes arietes in gyro· Quaſi dat
contra animā caſtra doctor· quan
do malignorū ſpirituū contra eam
collectas atqꝫ adunatas inſidias
indicat·vt aliquando non ſolūmo
do ex vno· ſed ex cunctis vicijs ſi
mul temptent· Nam ſunt quedā
vicia quaſi per quandā ſibi cogna
tionem propinqua· ſicut diſſolu ti
o ſpiritus·appetitus gule 7 imun
dicia luxurie·ſicut multiloquiū·fal
lacia atqꝫ periuriū· Ex diſſolutio
ne quippe ſpirit9· mens ad inglu
uiem ventris rapitur· Et dū cibis
venter extenditur·ad luxuriam ca
ro trahitur ſuperbiendo captiua·

Et rurſū ex multiloq̄o fallacia ge
neratur·quia valde eſt difficile·ut
qui multa loquitur·non eciam men
tiatur· Et ſepe mendacium eciam
periurio tegitur· vt ante humana
iudicia veletur· Superbia quoqꝫ
eſſe ſine inuidia atqꝫ inani gloria
nullatenus poteſt· Superbꝫ etenī
quiſꝫ honorem quem ipē ambit a
lijs inuidet·7 cū hunc fortaſſe ob
tinuerit in elationem glorie tempo
ralis attollitur·atqꝫ qd̕ alios con
ſpiciat minime percipere potuiſſe·
hoc ſe per inanem gloriam gaudet
pre ceteris habere· Sciendū quo
qꝫ eſt·quia ſepe nonnulla vicia ad
mentem non ſimul veniūt·ſed ſub
ponūtur·vt vnū alteri ſuccedat in
temptatione Et aliud contra faci
em venit·aliud vero in temptatio
ne ſe ex latere ſubiciat·quatinus dū
alteri reſiſtitur· ab altero minus
decepta capiatur· Ipā enim que
ſuperius diximus vicia plerūqꝫ ſe
alia pro alijs furtiue ſupponunt·
ſicut nōnūq̄ dū iram vincere in no
biſmetipſis conamur· plus q̄ ne
ceſſe eſt lenitas mentem occupat·
vt aſperitatē peccantib9 quā opor
tet minime proponat· Sepe vero
dum nobis ineſſe incauta lenitas
diſplicet· zelus ſe in furorē trahit
atqꝫ extra paciencie lenitatē ani
mū captiuū rapit Quia ergo per
mixta ſimul vicia atqꝫ adunata
contra mentem veniūt· recte in p̄
dicatoris ore contra deſcriptam
iheruſalem caſtra proponuntur·

Et qz aliqñ ſingula hinc inde ſen
ſũ ſerũt· in giro arietes ordinant̃
Ponit ꝗ̄ predicatoꝛ arietes in gi
ro: dum caute denũciat ꝗ̄ blande
luxuria percutit· ꝗ̄ aſpere impaciẽ
cia occidit: ꝗ̄ laborioſe auaricia ac
cendit ⁊ interimit· ꝗ̄ tumide ſuper
bia extinguit· In giro itaqꝫ arie
tes ponere eſt· predicando oſtende
re qui vndiqꝫ ſoleãt animã mucro
nes viciorꝫ ferire· Sequitur· Et
tu ſume tibi ſartaginẽ ferreã: ⁊ po
nes eã murũ ferreũ int̃ te ⁊ int̃ ci
uitatẽ· Quia ferrũ forte metallũ
eſt ⁊ in ſartagine cib9 frigitur: qd
per ſartaginem ferreã niſi ſpũalis
zeli fortis frixura ſignat̃: Omnis
quippe ſpũal' zelus doctoris aĩam
frigit: qz valde cruciatur dũ infir
mos quoſꝫ eterna deſerere· ⁊ reb9
tpalib9 delectari ɔſpicit· Unꝫ bene
paulus ſartaginẽ ferreã ſũpſerat:
cum zelo aĩarũ cruciatus dicebat·
Quis infirmat̃ ⁊ ego ñ infirmor:
Quis ſcãdalizat̃· ⁊ ego nõ vror:
Ipſũ ſuũ coꝛ qd aĩarũ zelo ſuccen
deãt· quid aliud ꝗ̄ ſartaginẽ fere
rat: in quo amore virtutũ ɔ̄ vicia
ardebat: Qd enim vrebat̃: ſarta
go erat· Inardeſcebat enĩ ⁊ coque
bat: qz incẽdebatur amaritudine·
ſꝫ virtutũ alimenta ꝑparabat ex
ſua afflicta cogitatione· Sed qd
eſt ꝙ eandẽ ſartaginem propheta
inter ſe ⁊ ciuitatẽ murũ ferreum po
nit: niſi ꝙ iſtẽ fortꝫ zel9 qui nunc
in mente doctorꝫ agitur· in die ex
tremi iudicij inter eum ⁊ animam
quã a vicijs cuſtodierat teſtis eſt·
vt et ſi audire is qui docetur nolu
erit· doctor tamen ꝓ zelo quẽ exhi
bet de auditoris negligencia reus
nõ ſit: Murũ ergo ferreũ inter ſe
⁊ ciuitatẽ ponit: quia in vltimis
tpe inde doctor a dãpnationis peri
culo munit̃· vnde nũc ꝑ zelũ cuſto
die cordis fracturã patitur· Nullũ
quippe omnipotẽti deo tale eſt ſac̃
ficiũ: q̃le eſt zelus animarũ· Hinc
enim pſalmiſta ait· Zelus dom9
tue comedit me· Cꝫtũ vero fractũ
cordis q̃ per ſpũalem zelum agit̃
oĩpotentẽ deũ placat aperte oſten
ditur· cũ offerri per legem ſimila
in ſacrificiũ iubetur· De qua ſcrip
tũ eſt· In ſartagine oleo conſper
ſa frigetur ⁊ offeret eam calidã in
odorẽ ſuauiſſimũ domino ſacerdos
qui patri iure ſucceſſerit· ⁊ tota cre
mabitur in altari· Tunc enim ſi
mila in ſartagine frigitur: cũ mũ
da mens iuſti per zeli ſancti ardo
rem crematur· Que conſperſa ole
o ꝑcipitur offerri· id ẽ caritati mi
ſericordie miſceri: que in conſpectu
omnipotẽtꝫ dei ardet et lucet Cõ
ſpergatur ergo oleo mẽs que in
ſartagine frigitur: quia ſancti ze
li diſtrictio neceſſe eſt vt ex miſeri
cordie ṽtute ⁊ ardeat et clareſcat
Amat enim eundem ipſum quem
inſequi videtur· Unde ⁊ calida in
odorem ſuauiſſimũ domino offer
ri precipitur: quia ſi amorem zel9
non habet: ea que de ſartagine
offertur calorem ſimila amiſit·

Et notandum quis eam offerre
precipitur. videlicet ſacerdos. qui
patri iure ſucceſſerit. Ille eni ſacer
dos patri iure ſuccedit. qui eſſe ſe
domini omnipotentꝭ filiū moribꝰ
demonſtrat. atqꝫ a nobilitate inti
ma operū ſuorꝫ ignobilitate non
diſcrepat. Que in altari tota cre
mari precipitur. vt videlicet holo
cauſtū fiat. Holocauſtū enim totū
incenſū dicimus. Unde ⁊ in trāſla
tione altera hoc in loco eadē ſimili
a que in ſartagine frigitur. holo
cauſtū fieri iubetur. Hoc aūt inter
holocauſtū ⁊ ſacrificiū diſtat. quia
omne quidē holocauſtū ſacrificium
eſt. non omne ſacrificium holocau
ſtum. Sunt enim multa bona que
aguntur ſacrificia. ſed holocauſta
non ſunt. quia totam mentē amo
re ſpirituali minime incēdūt. Qui
enim ſic operātur ea que dei ſunt.
vt tamen ⁊ quedā que ſunt ſeculi
non relinquant nimirum ſacrifici
um ⁊ non holocauſtum offerunt.
Qui aūt cūcta q̄ mūdi ſūt deſerūt
⁊ totā mentē igne diuini amoris
accendūt hij nimirū omnipotenti
domino ſacrificiū et holocauſtum fi
unt. Simila itaqꝫ in ſartagine eſt
mūda mens iuſti in zeli ſpiritualis
afflictione. que per ſolliciitudinem
aīarū frigitꝰ. et nō ſolū ſacrificiū. ſꝫ
etiam domino holocauſtum eſſe de
putatur. Sumamꝰ ergo ſartagi
nem ferream ⁊ ponamꝰ eam mu
rū ferreum inter nos ⁊ ciuitatem.
id eſt aſſumamus zelū fortem. vt

inter nos et auditorꝭ noſtri aīam
inueniamꝰ hūc poſtmodū fortem
munitionem. Tunc enim hunc
murū ferreum inuenturi ſumus. ſi
nunc eum fortiter tenemus. vide
licet docendo. cuſtodiendo. ſuadēdo
increpādo. mulcendo. terrendo. ali
quando leniter. aliqn̄ vero etiam
ſeuerius agendo. De qua recte ſeue
ritate ſubditur. Et obfirmabis fa
ciem tuam ad eam. ⁊ erit in obſi
dionem. Quid eſt obfirmare faci
em ad iheruſalem in latere deſcrip
tam. niſi vt ei anime cui celeſtis
pacis viſionem doctor denūciat. ſi
adhuc eam infirmari in ſuis actibꝫ
ꝯſpiciat. remiſſiorē ſe ⁊ clementiorē
minime oſtendat. Unde ſcriptum
eſt. Filie tibi ſunt ſerua corpus ea
rum. ⁊ non oſtendas hylarē faciem
tuam ad illas. Infirme quippe a
nime atqꝫ ad appetitū mūdi dedi
te. aliquando meliꝰ ex ſeueritate
ſeruantur. vt obfirmata facies id
eſt per ſeueritatꝭ cuſtodiam ab oī
ſpe friuole remiſſionis abducta in
conſtantem animā terreat. atqꝫ a
delectatione viciorū diſtrictiōis ri
gore conſtringat. quod cū a docto
re agitur. ſemꝑ neceſſe eſt vt dul
cedo et hūilitas in corde teneatur
quatinus et multū amet. ⁊ nunq̄
contra eum per elatioēm ſuperbi
at. cui tamē amorem ſuū et humi
litatem pro vtilitate eiꝰ prodere
recuſat. Sequitur. Et circūdabis
eam. Circumdat doctor auditoris
animā cū in omne qđ in hac vita



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

agitur tēptationū laqueos appo
ni poſſe denūciat: vt dū vbiqʒ ſit
mens pauida vbiqʒ circūſpecta quā
to timidior tāto vigilantior viuat
Sequitur Signū eſt domus iſra
hel. Si ad hyſtoriā obſidionis q̄
iuxta lrām facta eſt ſignū eſt dom9
iſrahel quod ꝓpheta fecit: ſi ad myſte
riū quod cotidie erga vniuſcuiuſqʒ
animā a doctore agitur. ſignū eſt
domus iſrahel ⁊ hoc quod egit ⁊
hoc quod agendū nūciauit: qꝛ ſicut
dom9 iſrahel obſidionē corꝑaliter
pertulit: ita vnaqueqʒ anima q̄ iam
ſeruire oīpotenti deo incipit. obſidē
tes ſe inſidias malignoꝝ ſpirituū
ſentit A quib9 ſi vere eripi appetit
ſcire debet qꝛ eripi ſua virtute non
poſſit: ſʒ ei9 neceſſe eſt ut adiutori
um ſperet. qui nos et in carne cor
ruptibili viuentes. ꝑ redēptionis
ſue miſteriū ꝓtegit. etiam ſuꝑ ſpūs q̄
ſūt ſine carne roborare. ihūs xp̄s
dn̄s noſter: qui viuit ⁊ regnat cū
patre in vnitate ſpūs ſancti de9. ꝑ
omnia ſecula ſclo̾ꝝ Amen

Explicit liber primus beati gre
gorij pape ſuꝑ ezechielem ꝓpham